EX LIBRIS
FRANC. XAV. DE ZELADA CARDINALIS

Codex
Lat
5


GAUDEO
John Carter Brown
Library
Brown University

36

1556

De Materia Medica nouae hispaniae philippi secundi Hispaniarum ac Indiarum Regis inuictissimi iussu collecta a Doctore Francisco Hernando nouae ~~hispaniae~~ orbis primario, ac in ordinem digesta a Doctore Nardo Antonio Recco eiusdem Maiestatis medico libri quatuor

Prolegomena. fol. 4. ~~Sect. 1. 30. Sect. 2. 43. t. Sect. 3. 77.~~

Liber primus. fol. 35. Sect. 1. 35. Sect. 2. 43. at. Sect. 3. 77.

Liber secundus. fol. 92 Sect. 1. 92. Sect. 2. 112.

Liber tertius. fol. 130 Sect. 1. 130. Sect. 2. 148. at.

Liber quartus. fol. 171. Sect. 1. 171. Sect. 2. 182. at.

RPJCB

Philippo secundo Hispaniarum ac Indiarum
Regi invictissimo etc

Et si ad sacram catholicam Regiam Maiestatem tuam ab universitate Montis corvini Regni Neapolis patria mea ob privilegiorum Regij Demanij conservationem quæ a maioribus eius Hispaniæ ac Neapolis Regibus ob multam in eos fidem ac quam plurima (ut par erat) prestita ~~servitia~~ offitia est assequuta aliquot ab hinc annis missus sum, Placuit tamen Maiestati tuæ mi iam reditum parantem quod liberaliter postulata absque pro patriæ libertate obtinueram, in medicorum tuorum numerum, (quod maxime tuæ fuit in me et quidem immeritum benevolentiæ inditium) asciscere: utque beneficia beneficijs cumulares historiæ naturalis rerum indicarum novæ (ut vocant) Hispaniæ libros a Doctore Francisco Hernando medico tuo in Indijs occidentalibus primario summo labore exaratos mihi crederes: quo quicquid ad medicum faceret usum ad brevem aliquam methodum revocarem renovatosque facili literis traderem stylo: opus mi herclè eximium, atque difficillimum, ac utilissimum, eximium namque ob rerum de quibus agitur prestantiam, ut sunt plantæ, animalia, et mineralia, e quibus materiæ omnes sumitur medica; cuius esse, posse, et operari, cum quo ad se, tum quo ad alia priscorum plerique spectantes, ac præ cæteris Hyppocrates, Aristoteles, Theophrastus, Dioscorides, plinius, et aliorum omnium medicorum facile princeps galenus, cunctis humano generi oportunis prætulere, totisque animi viribus cognitioni, et usui illius insudarunt; et non solum peritissimi viri

rerum

rerum naturam rimantes, uerum etiam Serenissimi, Magnanimi, potentissimiq Reges, stirpium naturæ cognitionem, at usum magnifecerunt: quare quosdam ex hac scientia immortales dixerissi nonnulli inspicientes tanta diligentia, tantoq studio plantarum ueteris orbis cognitioni uacarunt, et ita in hac facultate calluerunt, ut propria minerua quamplurimas plantas adinuenerint, ac ad proprium, et comunem usum antidota composuerint, illarumq aliquas preclaris illorum nominibus illustrantes immortales deuenerunt, tanti laboris premium sumentes: Scimus enim gentianam, lysmachiam, mitridatium plantam, mitridatumq antidotum, Climenum, ac Asclepium proprijs regum nominibus inuentorum nuncupari: Euphorbium a Juba Rege Mauritaniæ inuentum; Eclaum, et Anchusam ab Alcibiade Atheniensium principe: quid dicam de Attalo Rege pergami: Euace Arabum, Archilao Cappadociæ, Masinissa Numidiæ; et grecorum Agamenone, qui ex plantaria facultate nomen adepti sunt immortale: quid de Circe, medea, Helena, et Artemisia, alijsq preclaris mulieribus: omnes breuitatis causa ommittens, hoc unum tantum dicam Romanos illos imperatores, # plurimum ex allatis plantis ex debellatis prouincijs et aseram magna cum diligentia in afferendum memoriam cu studinis nactos fuisse laudis: At quid hoc cum Maiestate tua Philippe Rex potentissime: qui cum in hoc unum totus incumbas ut orbem totum quoquo modo iuuare possis nostris non es contentus limitibus, nullis parcis sumptibus, neq laboribus,

quippe

non tãtum ex marmoreis, æneisq statuis a Senatu Populoq ob debellatas a se prouincias superatasq urbes illis positis, quam ex allatis inde plantis

quippe quidem ex remotissimis quibusq. occidentis regionibus tot sunt in hunc orbis nostri hemisphaerium iussu, et imperio tuo importatae plantae, et diversi generis medicamenta nobis omnino antea magna cum salutis humanae dispendio incognita, ut sint ferè innumera; quis umquam hoc studium tuum et uerè dignum sat laudare possit: quas tibi gratias referemus umquam? Tu ita ceteros omnes qui huic facultati operam navarunt antecellis ut explicari nulla ratione dici nulla oratione possit; speramus autem fore brevi ut quemadmodum ex occidentis indijs sic ex orientis (quando iam summo cum omnium gentium plausu ad te pertinent illae) quae ad medicum usum spectant tuis etiam felicissimis auspicijs ad nos advehantur: uerum enimuero non eximium tantum, sed etiam ob rerum novitatem, earumdemq. varietatem, ac regionum locorumq. distantiam, et habitantium acerbitatem opus hoc difficillimum arbitratus sum: cumq. nihil (virtutem si excipias) sit sanitati praestantius, et haec quae adest tutari ~~tutari~~ neq. quae abest absq. exacta materiae huius cognitione opportunoq. usu restitui possit; ex hoc utillimum quantum sit facile quisq. intelliget simulq. mecum his et de causis alijsq. ~~a~~ a nobis in praefatione ~~declaratis~~ explicatis ut in communem omnium usum ad Rempublicam iuvandam una cum suis ad vivum quantum fieri potuit expressis imaginibus prelo cudatur sentiet: quomodo in hoc me gesserim quantumuis ad scopum accesserim solertibus candidisq. animis discernendum relinquo: Rogo igitur Maiestatem tuam, atq. obsecro, ut tui servi animum optantem valuisse magis ea qua soles benignitate inspicias, opusq. tuum in lucem edi iubeas satq. erit dici tuum ut a Theoninis dentibus tutum evadat:

Siq

Idq; non ad inanem quam dicunt gloriam; sed ad eam quã ges
torum tuorum in hac mortali vita perpetuum erit signum, in
perenni vero optatum premium; quod Sacra Captolicã Regiæ
Maiestati tuã post nestoreos ~~annos~~ ac foelicissimos annos Deus
optimus Maximus largiri dignetur.

S. C. R. Maiestatis tuæ

fidelis et humilis subditus
ac servus

Nardus Antonius Reccus
Doctor

Prologomena operis

Quid in hoc opere continetur, scribendi occasio, eiusq[ue] utilitas: Cap. 1.

Quanquam Priscorum pleriq[ue], presertim Aristoteles, Theo
phrastus, Plinius, Dioscorides, et galenus, ac Juniorum non
pauci de medica materia uerba fecerint, una tamen om
nes non dum ad medium ne dicam ad ~~finem~~ calcem fastigiumq[ue]
rem perduxere: adeo spetiebus, ac uiribus immensa est mate
ria haec ut meritissimo iure ea quae dignoscitur pars, eius quae
ignoratur minima dici possit. Id enim quotidie experimur; nam
non tantum unaquaeq[ue] dies patefactis olim rebus lucem affert
splendidiorem: uerum etiam uarias materiae huius species, ac
differentias in nouo praecipue orbe detegit. Intellexerant enim
Catholici, atq[ue] potentissimi Hispaniarum Reges cum primum
in eorum ditionem noui orbis nonnullae regiones diuino consilio
et munere sunt redactae ex literis missis ad eos ab his terra
rum plagis, et uiris fide dignis acceperant imo mille rebus
ignotis ad eos hinc delatis re ipsa cognouerant quot nouus ille
orbis abundaret miraculis, quas nulli uisas medicinas, aut
auditas priorum ferret, quaeue possent certare cum orienta
libus: quot odores quibus Arabiae felicitatem antecelleret quam
uarias mirabilesq[ue] animalium effigies educaret: quot metallorum
fossiliumq[ue] differentias, atq[ue] Thesauros in penitissimis uisce
ribus per tot secula occultato contineret: cumq[ue] expugnatis
quamplurimis regionibus et in Hispanorum imperium
redactis ob restitutas christo errantes oues, atq[ue] in

ecclesiae

ecclesiae romanae caulam inclusas mirum in modum gauderent:
proxima cura erat in id incumbere ut tantarum rerum histo
ria in gratiam eorum qui tunc temporis versabantur inter vi
vos et qui deinde essent nascituri aeternitati consecraretur:
cum ut cunctis praeclara omniaque admiratione digna Dei opt.
Max. opera paterent, tum ut fragili mortalium corpori sa
luberrimis medicamentis repertis consuleretur: opus sane di
vinum Philippo secundo Hispaniarum regi suisque maioribus so
lum permissum: et si res ista adeo praeclara pluries fuerit
incepta frustra tamen non dum cuiquam vero utili et iac
tis principiis consentaneo adinvento, tandem Philippus regum
omnium maximus Doctori francisco Hernando medico suo
indiarum primario opus hoc exequendum mandavit: Is qui
dem huius novi orbis rerum historiam in viginti quatuor li
bros, plantarum vero icones in decem tomos animalium autem
in unum congessit: Inspiciensque Maiestas sua ad rempublicam
iuvandam haec nullius fere esse usus (hic enim fuerat su
us primus scopus) tum ob plurimas ibi contentas res medico
usui non deservientes, tum ob alias indistincte, incomplete
et inordinate traditas, tandem mihi uni suorum medicorum
rem hanc inspiciendam, ac in medicum usum redigendam man
davit: et si onus ~~hoc~~ hoc meis humeris longe impar nonnullis
ex causis futurum cognosco: ut tamen tanti regis cuique tan
tum debeo mandatis obtemperem divino confisus auxilio opus
hoc in quo de materia medica novi orbis agetur, magno et
egrotantium, et medentium novi ac veteris orbis comodo,
mediceque materiae ditandae, ac antiquorum iuniorumque ~~[illegible]~~

nonnullis

nonnullis dubijs dissoluendis ne dicam erroribus confutandis per
utile; paucis prius ad dilucidationem eorum quæ in opere conti
nentur prelibatis agrediar.

Medica Materia a quibus sumitur quæ'ue in plantarum historia consideranda sunt et de authoribus imitandis. Cap. 2.

Magnus ille Hippocrates omnium medicorum ac philosophorum
[margin: de arte nō / agrme.] primus medicinam esse, eamq. ueram, ac necessariam, aduersus
artem negantes, ac sanitatem fortunæ adscribentes hoc potissimum
medio nempe materiæ medicæ uiribus, ac usu comprobare niti
nititur: eamq. artis huius essentiale principium basim, ac funda
mentum statuit: Asserens omne namq. quod fit propter quid fie
ri comperitur; atq. etiam in singulis adeo propter quid fieri uide
tur ut plantas, animalia, et mineralia e quibus materia sumitur
medica ad hominum ualitudinem tuendam, morbosq. pellendos fac
ta censendum sit: quare galenus medicamenta omnia partim
esse partes animalium, aut plantarum, aut fructuum, aut horum li
[margin: simp. med. / ult. cap.] quorum (quos greci ὀπούς uocant) aut succos, partim uero ex me
tallis sumi litteris mandauit; Theophrastus uero medicamenta ex
uarijs plantarum partibus (ut sunt fructus succi, folia, radices, et
[margin: de hist. / plat. cap. 8.] alia) sumi scriptum reliquit; nam plantarum tantum historiam,
ac causas omissis animalibus ac mineralibus considerat ac trac
tat in homineq. medicamentorum historia duo consideranda sunt,
unum ut eorum differentias, reliquamq. naturam ex partibus, affec
tionibus, generationibus, uitaq. petamus, partes externas, totamq.
figuram

figuram ac etiam internas ita spectando ut id quod cuiq[ue] pro
prium sit, quodq[ue] comune cum alijs ~~quodq[ue] comune cum alijs~~ digno
scamus: Alterum uero si id quod alicui peculiare uideri possit
q[uo]q[ue] ob aliquod non esse contingit aliquando plantarum proprie
tates ac figuras ita mutari, ut a nonnullis aliae existimentur
p° de hist. primum sanè optime explicauit in plantis Theophrastus dicen
plant. cap. partium differentiam (ut formula rem complectar) tribus fe
p°. re in rebus consistunt aut in eo quod quidam habent aut non
habent, ut folia, fructus, et cetera; aut quod non similia neq[ue] pa
ria habent, aut tertio quod non similiter habent: Horum dis
similitudo, figura, colore, spissitate, raritate, asperitate, leni
tate, reliquisq[ue] affectionibus enotescit; ad haec omnibus ~~asperi~~
~~tatibus~~ saporum differentijs, disparitas aut in excessu, atq[ue]
defectu multitudinis, magnitudinisue: non similiter uero ha
bent quae positione, ac ordine differunt: quo uero ad generatio
lib° 2 de nem quidam sponte, alias semine, alias radice, alias auulsione,
hist. plant. ramo nonnullas, aut surculo, alias trunco lignoue minutatim con
cap. p° ciso prouenire asserit: quo ad uitam considerando quibus in lo
cis gaudeat haec magis, uel illa, quantumuis proprijs in locis
unaquaeq[ue] uiuere soleat: Mutationes autem sparsim quasi
obiter tangit. Dioscorides etiam duo illa considerat aliter
tamen, nam uires ac facultates medicamentorum usui medico
deseruientes docere intendens: Idq[ue] fieri non posse nisi medi
camentis prius cognitis, non abre delineamentis quibusdam ea
describens differentias, partes, generationes, uitas, conside
rat: Mutationes uti raro euenientes parum attingens: et si

ambo

ambo utrumq inspexerint, diuerso tamen modo tractarunt diffe
rentis in scopo, et ordine: nam Theophrastus philosophis, medi
cis, agricolis, et alijs plantarum cognitionem profitentibus scribit:
Dioscorides tantum medicis. Ille naturam, partes, differentias,
ac uires ad legentium admirationem ratiocinatur: hic cuncta
eadem ut facile a posteris dignoscantur, et medico usui euo adap
tentur, uterq ordinem ille naturæ, hic doctrinæ insectatur: spar
sim ille ac uarijs in locis plantarum descriptiones, naturas,
ac uires disseminat: hic uniuersam earum formam in unum
colligit, mox uires annectit: Theophrastus ita plantas solas exa
minandas sumpsit, et de eis considerans præ cæteris extremam
manum imposuit: Dioscorides uero intra medicinæ limites conti
netur: et non solum plantas sed quicquid a metallis ceterisque
fossilium generibus nec non ab animalibus ars medica sumit
in unum opusculum perstrinxit; quare galenus ceterique omnes
circa medicaminum examen Dioscoridi primas deferunt: namq
quantum ad rem medicam spectat clarius et exactius omnibus
scripsit: At quia opus hoc in medicorum præsertim gratiam co
tur in omnibus fere Dioscoridem insectabimur, exceptis paucis
quæ a Theophrasto sumpsimus et in medicamentorum facul
tatibus dignoscendis a galeno mutuauimus:

Quem ordinem in suo de Materia medica Dioscorides seruauit quemq in tractatu hoc seruabimus cap. III

Materiam medicam tractans Dioscorides summa diligentia
laborauit ut non tantum uera, utilia, et statis principijs
consentanea

consentanea scriberet, sed ut ordinatè cuncta disponeret: hunc
ordinem et in libris, et capitum connexionibus, et in unoquoque ca
pitè differenti tamen modo ab alijs tradito servare conatus est.
in prohemio non longe a principio — damnans iuniores quia materiam medicam vernaculam cogni
tamque vulgo dignam censuerunt: medicamentorumque vires proba
tionesque cursim complexi nullo experimento eorum effectus colli
gentes: inani vero reddendarum causarum studio verba fundentes
alia pro alijs scriptitando rem in acervum, congeriemque contro
versiarum extulerunt: ac nonnulla reclamanti evidentia pror
sus veritati refragantia non oculata fide sed narratione potius
ab alijs accepta cumulasse. In ordine ijdem ipsi aberrantes, partim
eorum discrepantes nullaque cognatione coniunctas vires colli
gentes, partim per elementa literarum scripta in ordinem
digerentes, genera et eorum effectus a sua cognatione dis
iungentes, Dioscorides vero libros, et capita connexit, medicamen
torum genera, et effectus virium cognatione ~~cognatione~~ con
iuncta considerans; tractat in primo libro de Aromatibus, oleis,
unguentis, arboribus, nascentibus ex eis succis, Lachrymis, ac
seminibus, materias ac materiarum capita virium cognatione
coniuncta connectens; sic et in secundo libro in quo de animali
bus, melle, lacte, adipe, frugibus, atque oleribus subnexis herba
ceis quae acri praeditae sunt facultate: Idque ideo ne coniuncto
rum vires disiunxisse videretur, in tertio radices, succos, semi
na, herbas, et quae vernacula, et intersese cognata consentiunt, ac
ea quae pluribus scatent remedijs prosequitur: in quarto de radi
cibus, et eis quae restant herbis; in quinto de vinis, et metallis.
in sexto

in sexto et ultimo facultates medicamentorum quæ nobis prodesse
aut obesse possunt recenset: in singulis autem capitibus primo me
dicamenti nomenclaturas proponit; deinde species seu genera re
censet, si plura reperiri contingat; mox eiusdem delineationes,
ac notas describit, ut illud cognoscere ualeamus: postremo facul
tates, operationesq; nos docet; ita ut unumquodq; caput in tres
partiendum sit partes, quarum prima nomenclaturam et
genera, altera descriptionem, tertia uires et usus contineat:
cumq; medicamenta omnia quæ in hoc opere continentur par
tim sint partes animalium, aut plantarum, aut fructuum, aut
horum liquorum (quos greci [struck] οπους uocant) aut succi, partim ue
ro ex mineralibus sumantur, melius mihi uisum fuit cum galeno
de plantis ante omnia agere, tum quod numerosissimum illarum est
genus, tum quod uirium robore precellentissimum; inde de animali
um partibus tractare, ut post plantarum Icones animalium succes
siue sequerentur: hinc ad mineralia postremo deuenire: Itaq; uni
uersum opus in quatuor partietur libros, in tribus primis de plantis
tractabitur, in quarto de animalibus, eorumq; partibus, et minera
libus agetur: quin etiam plantæ non eo ordine qui in elementis
uisitur perscribentur sic enim esset genera et eorum effectus
a sua cognatione disiungere sed eo qui in plantis generis coniun
ctis, et qualitatum familiaritati ac precipue cognatione saporum
connexis consistit: dioscoridis ut plurimum instituto quoq; etiam
ordine seruato: quare primus liber in tres partietur sectiones,
in prima de aromatibus, in secunda de arboribus et nascentibus ex
eis succis, lachrymis, ac seminibus, in tertia de fruticibus, et suf
fruticibus agetur: secundus uero in duas secabitur partes in
prima de herbis acri sapore preditis: in secunda de herbis amarum

li simp. facult. p°.

saporem

saporem referentibus differetur: Tertius in duas etiam diuide
tur sectiones, in prima herbas salsum dulcemue saporem haben-
tes in secunda autem herbas reliquorum cognationi saporum conuin
tas. acerbum nempe, austerum, acidumque saporem referentes
nec non insipidas prosequemur: et si inter eas reperiri sit
aliquas pluribus interimue oppositis preditas saporibus, has ta
men collocabimus inter illas quae cum praecellenti cognatio
nem habent. Tum etiam et quartus in duas partietur sec
tiones; in prima de animalibus ut post plantarum icones
animalium successiue sequerentur in altera de minera
libus tractabitur:

De rerum ac medicamentorum plantarumque no
minibus, ac eorundem multiplicitate et recta
impositione cap. IIII

Superiori capite diximus Dioscoridem non tantum in librorum
capitumque connexionibus, sed in unoquoque capite ordinem ser
uasse ita ut ~~[illegible]~~ quoduis caput in tres dissecari partes
possit: Prima nomenclaturam et genera. secunda descriptio
nem: Tertia uires et usus contineat sic et huius capita operis
in tres diuidi partes poterunt in prima nomenclatura et genera
in secunda delineatio ac loca, in quibus plantae nascuntur geogra (in tertia uires habentur ac
graphice ac corographice ponuntur; usus; Cumque id quod primo occurrit sit plantarum nomen, ideo
de nominibus plantarum huius operis agere operae pretium
duxi, quibusdam praelibatis prius de rerum ac plantarum no
menclaturis in genere: Et si natura ne an positione sint
nomina non eodem modo antiqui sensere. Nam Hyppocrates
lib.o de arte non longe a principio nomina legi quadam naturae
indita esse asserit, species uero rerum non lege sancitae

sed

sed naturâ esse germina: Plato uero natura esse asserit. Aristo
teles positione, et ad placitum conceptus et res denotantia no
mina esse statuit, ab eo tamen fortasse non dissentit plato di-
cens nomina naturaliter significare, quia aperito artifice im
ponente talia imponuntur nomina rebus qualia illarum na
turis conueniebant ~~solemus enim artificialia~~ ut ex praealle
gati hyppocratis verbis recte intellectis colligi potest: eoque ma
gis quod solemus artificialia quae maxime naturam imitantur
naturalia per exagerationem uocare, et forsan illud est
geneseos 2 omne quod uocauit Adam ipsum est nomen eius
sed de hoc hactenus alterius est indaginis. At quia de plan
tarum nominibus rectaque eorum impositione ad inuestigandas plan
tarum noui orbis nomenclaturas hic agere intendimus merito
omissis alijs dicimus: Plantarum nomina nonnunquam suis
assignari inuentoribus, interdum regionibus, uel quia in his pri
mum inuenta sint, uel copiosius, aut uiribus prestantiores pro
ueniant: quidam ab effectus excellentia appellationem tra
xerunt: Alia ab euentu rei, nonnulla ex aduentu sua ducunt
nomina: quaedam a fabulosis ueterum narrationibus sunt: non
nulla quae ab aliarum rerum similitudine nomen mutuentur =
quae omnia ~~etymon~~ etymon aliquem habent, ac nomen eorum uim quan
dam et rationem naturae exprimit, caeterorum uero ~~etymo~~
ymo diu ignoto euenit ut posteriores naturis plantarum, facul-ta
tibus locis alijsue longo satis usu cognitis alia illis no
mina horum aliquid in illis indicantia indiderint quibus
a posteris receptis, deletis ac abusu reiectis primis nominibus
alia secundo imposita remansere: Itaque nominum aliquid
denotantium

denotantium nimius ~~crenetus~~ creuit numerus, paucis uix relictis nul
lam sui nominis rationem manifestam habentibus: quare cum
uaria hominibus imponendorum ~~imponendorum~~ nominum se offe
rat causa, tam illis quæ antiquum nomen seruant, quam etiam
in quibus primum nomen dependitum est diuersa sint nomina
indita, et sic unico medicamento septem, et aliquando plura
nomina reperiuntur. Antiquitus plantarum cognitioni magna
diligentia in ueteri hoc orbe uacabatur, uelutj et nunc in uete
ri, et nouo orbe insudatur; ita ut in diuersis regionibus diuer
sæ essent nomenclaturæ, atq ab his facultas, ab illis sapor, ab
alijs color, uel similitudo cum alijs plantis, uel cum animalibus,
ab alijs aliquid eiusmodi notabatur; et si hæc nominum ua
rietas confusionem quandam in professorum animis generare
potest, non est tamen absq maxima utilitate eorum cognitio:
primum quia peregrinantes galeni more ob exactam simpli
cium medicamentorum in uarias regiones cognitionem ~~optimum~~
optimum esse eius regionis ad quam perueniunt nomen
illorum quæ queritant medicamentorum scire facilitabitur
sic eorum notitia; secundo quia ex nominum uarietate sæ
pius in cognitionem simplicis medicamenti uenimus, nam quod
unicum nomen non explicat, quandoq explicatur ab altero
quorum nominum uarietas quandoq a Dioscoride in qui
busdam medicamentis ad amussim explicatur: in alijs
ex eorum descriptione colligitur; in quibusdam uero neu
trum fit, sed sola nominum uarietas ponitur, cur autem ita
nominentur non solum non enodatur, sed neq in delineatio
ne includitur: At summa adhibita diligentia nominum
proprietatibus

proprietatibus, atq. etymo investigatis dubio procul multa no
bis simplicia innotescunt, quæ alioqui non innotescerent, nomi
nis namq. proprietas nunc medicamenti formam, nunc fa
cultatem, nunc odorem, et aliquid eiusmodi dinotabit; ita ut
aliqua nota effatu digna medicamento addatur quæ faci
liorem eius cognitionem reddet

De Plantarum huius operis nominibus
earum[illegible] multiplici nomenclatura cap. V.

In Plantis novi orbis hoc in opere contentis plura observantur no
mina etymon aliquem habentia, ac vim quandam et rationem
naturæ exprimentia; ac nonnulla etiam etymon nullum referen
tia offeruntur: Plantarum namq. quorum nomina etymon habent
quædam a præcipua facultate effectusue excellentia appellatio
nem traxerunt, ut est herba phatiuani dicta sic a facultate
qua puerperas iuvandi prædita est, a Dioscoride Aristolochia
nuncupata. sic etiam [illegible] tlahuelilocaquahuitl, Arbor in
saniæ dicta quia dæmones pellendo, et fascinum inhibendo
sanitate insaniunt: Cimpatlis medi
cos curat, qui horum pravitati insaniunt: Cihuapatli me
cina fæminarum dicta quia muliebres morbos præcipue hy
stericos affectus curat: Tetlatia urens medicina nuncupata
quia quarto ordine calida est et urentis naturæ: Coati
quia quarto ordine calida est et urentis naturæ: Coati
uizpatli medicina doloris dicta quia dolores lenit; quala
capatli irati hominis medicina dicta, quia hilaritatem indu
cit, et iram mulcet: Ylaelpatli dyssentericorum medicina
nuncupata, quia dyssentericos sanat affectus: Alia aquadam
peculiari proprietate ut Pinahuihuiztli idest herba uerecunda

sic

sic dicta quia hominis tactum fugit, et eius flatu tabescit; quae-
dam a suis inventoribus nomen duxere, ut Tecuquilitic herba
principis dicta ab inventore qui erat illius regionis princeps.
Cimatl quam Hispani incolae herbam Joannis infantis illius
primi inventoris dicunt. A locis alia ut Chichimecapatli
quia chichimecae gentis est medicina; et Texcalxihuitl seu
herba saxorum quia in saxis oritur, Atenapatli seu medi-
cina iuxta rivos proveniens, quia in fluentibus aquis ori-
tur. A sapore ut cocoxihuitl idest herba acris a sapore acri
quo pollet nomen sumens; Tlacochichic hoc est virga amara
cacochichic seu herba amara ab amaritudinis sapore nuncupa-
ta: A colore ut Tlilxochitl idest flos niger nomen a nigro
siliquarum colore, nam huius plantae flores ~~mutantur~~ mutari videntur in si-
liquas: Cocoztxochipatli hoc est medicina lutei floris a
florum colore sic dicta: A similitudine cum multis rebus
facta, ut cum animalibus quod scilicet una plantae pars
vel quod ipsa universa alicui animali similis sit, ut Theo
quilin idest saxei vermes sic dicta a radicibus capillaribus
vermium figuram referentibus. ~~Zazalilin~~ zazacilin sic
dicta quia eius semen est simili cocleis: A similitudine
cum aliis medicamentis vel quod universa vel quod eius
pars emulentur illa universa vel illorum partem, ut Tlala hoc
hoetl idest infima abies, Tlacopolin hoc est cerasus humilis
a similitudine quam habet cum universa planta: Ahuapatli
hoc est querna medicina a similitudine foliorum quam habet
cum foliis quercus: Tozoyatic seu planta palmae similis

a similitudine

asimilitudini foliorum quam habet cum folijs humilis ~~plantae~~ pal
mae: yauhtli idest nubilosa medicina ob flores comantes qui
nubila imitari quadantenus solent dicta: a medicamenti sem-
eius partis figura, ut Cempoalxochitl a numerosa foliorum mul
titudine sic dicta: Ylalquequetzal idest penna terrae sic
dicta a folijs pennas auium imitantibus: a nostris milli foli
um dicitur: Nauhyotepuz idest quatuor dorsis dicta sic quia
caules hec herba producit foliaceis quibusdam appendicibus
secundum eorum longitudinem e partibus quaternis discurrer
tibus pennatos: Tetzopatli sic dicta a radicis durini et colore
in rubeum uergente imitante lapidem Tetzontli dictum: Tet
Tlalcoxochitl idest flos barbatus sic dictus a floribus comantibus
capillis longis et coccineis qui simul barbae instar iuncti sunt,
Tzontlahuaqui idest capilli rubei sumpsit hec planta nomen
a tenuitate, colore, et forma comantium in summis uirgis florum
rubeos capillos referentium: Ab accidente quopiam ut Copalqua
huitl idest arbor gummifera, licet hoc nomen cunctis arboribus
gummiferis commune sit per antonomasiam huic arbori inditum
est: Hoitziloxitl seu affluens resina eodem modo per antonoma
siam a copiosa resina quam producit sumpsit nomen: xiotquahuitl
sic dicitur quia stipes lepra infectus uideatur: quandoque a duobus
simul iunctis unum fiat nomen ut Axixcozahuizpatli hoc est
medicina urinae lutea, a folijs infernè luteis lutea dicta et a
facultate euocandi urinam medicina urinae nuncupata fit no
men compositum a facultate et foliorum colore: Yztac texcaltla
cotl idest uirga candida saxorum dicta, nomen compositum ex

colore

colore et loco in quo oritur: Contingit quandoque unam et eandem
plantam plures sortitam fuisse nomenclaturas, easque diversas
vel quia in una regione fuerit cognita una praecipua facultas,
a qua apud illas gentes nomen vim illam exprimens fuerit
impositum: in alia vero regione ~~facultate ab hac diversa~~ fa
cultate altera ab hac diversa cognita, alterum nomen fuit in
ditum; et sic in diversis regionibus diversis cognitis faculta
tibus tamen praecipuis uni et eidem plantae insitis plures fue
rint accomodatae nomenclaturae, ut est Tetzatapotla idest lapi
dum perforatrix nam confricato ea madenti lapidi vel quin
que uncias crasso admotisque ~~ab~~ aversa parte naribus ita per
cipi odorem ac si naribus herbulam admovisses penetranti va
pore durum saxum: Alij eamdem plantam Itzompoli huizpatli
seu sternutamentum moventem, quia naribus admota sternu
tamentum excitat: ut est etiam Itzompili huizpatli idest me
dicina ciens sternutamentum a facultate excitandi sternutamen
tum qua pollet sic dicta: eadem ab alijs nuncupata Itzontecom
patli idest medicina caput expurgans: observatur quandoque no
menclaturarum pluralitas non tantum a varietate facultatum
quae uni plantae insunt sed quia una erit sumpta a facultate,
alia a colore, alia ab odore, alia a similitudine, pro varietate
earum qualitatum praepollentium quae diversis impositoribus
innotuerunt ut est planta illa quam ab odoris gravitate cohuayel
lin idest anguem fetentem appellant; alij eamdem plantam
Chilpotzin seu nigram et fetentem plantam a nigro colore et
fetido odore nominant, eamdemque chichic seu herbam amaram
et serratorum,

et serratorum foliorum a sapore, et figura nuncupant: Alia
planta olilihuqui a seminis coriandro similis rotunditate,
eadem coaxihuitl idest serpentis herba nuncupatur tribuunt
serpentibus ~~tot~~ prudentiam et sapientiam quare sapientum plan
ta appellatur, sacrifici enim indi cum videri volebant versari
cum superis, ac responsa accepisse ab eis ea vescebantur planta
ut desiperent, milleque phantasmata, et demonum obversantium
effigies circumspectarent. tribuit enim id solano maniaco Dio
scorides quare satius fuisset herbam desipientium, et maniaco
rum et non sapientum nuncupare: hoc ergo diversis nominibus una
plantam appellari non penitus absonum duxi, imo non parum co
modi tum ad facilitandam plantae cognitionem, tum ad eius
dem virium, et facultatum indagationem futurum putavi: ~~ea~~
namque opus hoc in lucem editum per varias novi orbis regio
nes circum ferri posset, et incolis illarum ex peculiari re
gionis plantarum nomenclatura facilius illae innotescent
aut siquis ob harum plantarum certam notitiam in varias
se regiones conferat, ac plantam peculiari regionis illius no
mine petierit dubio procul planta ab incolis ostendetur, et erit
voti compos: tum etiam ex nominum varietate plantarum fa
cultates, et vires (ut diximus) innotescent: unum enim nomen
unam. aliud vero aliam explicabit facultatem: et si plantarum
huius operis nonnulla nomina etymo carere vel signum ha
bent ~~illum~~ ignorari videatur, in posterum tamen aut innotesce
re aut alia nomina vim quamdam et naturae rationem exprimen

tia aut

aut aliquod predictorum denotantia imponenda esse sperandum est, ob hoc cuncta harum plantarum nomina adunguem adnotare optimum fore existimaui:

Plantarum genera illorumque ~~[illegible]~~ ~~partes~~ differentiae ac conuenientiae ostenduntur.

Etenim dictum est unum quodque huius operis caput in tres dissecari partes posse, quarum prima nomenclaturas et genera, secunda descriptionem et locos, tertia uires et usus continet, cumque duobus precedentibus capitibus de plantarum nomenclaturis rectaque eorum impositione dissertum sit, in presenti capite de plantarum generibus eorundemque ~~[illegible]~~ conuenientiis ac differentiis ~~agitur~~ tractabitur ne per ignota tum in ordine tum in descriptione procedatur: Doctrina namque euidentius tradi solet cum per genera speciesque diuidimus, ut Theophrastus inquit, quare recte hunc in modum agetur ubicumque fieri possit, plantarum itaque prima ac maxima generaque a quibus omnia pene aut certe plurima continentur quatuor sunt, nempe δένδρον Arbor, θάμνος frutex φρύγανον suffrutex seu cremium aliis dicitur, πόα herba:

genera plantarum ~~generum~~ nomenclaturae differentia ac conuenientia degenerationesque ostenduntur cap. vi

Etemim dictum est unum quodque huius operis caput in tres dissecari partes posse, quarum prima nomenclaturas et genera, secunda descriptionem et locos, tertia uires et usus continet, cumque duobus precedentibus capitibus de plantarum nomenclaturis rectaque eorum impositione dissertum sit in presenti capite de ~~generibus~~ generum plantarum ~~de generum~~ nomenclaturis eorumque degenerationibus conuenientiis

in arborem transit: paliurus et vitex fruticesq; alij in arbo-
rem [illegible] abeunt authore Theophrasto arbores e contra, nu
purgentur, earumq; [illegible] ommictentur in frutices degenerant
ideoq; fruticare arbores appellant; huius idea proportio quod-
dam est in nonnullis alijs herbis ut in Lactuca cuius stipitem
ad hortorum postes quenitum prodit Theophrastus sic in salvia
andrrosemo polygonato et yosciamo Rhododendro et plerisq;
alijs ut Dioscorides inquit fruticare et suffruticare contingit.

Generum plantarum nomenclaturae differentiae
convenientiae ac degenerationes ostenduntur
Cap. VI.

Etenim dictum est unumquodq; huius operis capud
in tres dissecari partes posse, quarum prima nomen-
claturas, et genera; secunda descriptionem, et locos
tertia vires, et usus continet: Cumq; duobus pre-
cedentibus capitibus de plantarum nomenclatu-
ris rectaq; eorum impositione dissertum sit, in
presenti capite de nomenclaturis generum planta-
rum, eorumq; degenerationibus, convenientijs, ac
differentijs tractabitur: ne perignota cum in ordine,
tum in descriptione procedatur: doctrina namq;
evidentius tradi solet cum per genera, species ve
dividimus: quare recte hunc in modum agetur ubicumq;
fieri possit: genera itaq; plantarum prima, ac maxima

aquibus

primo de hist. plantar. cap. 5. — a quibus omnia pene aut plurima continentur ut Theo
phrastus inquit quatuor sunt nempe [illegible] δένδρον Arbor
θάμνος frutex; φρύγανον suffrutex, ab alijs Cremium dictus; πόα
loco preallegato — herba: Arbor est ex Theophrasto quod ab radice candice
Arbor quid — simplici ramosum nodosum surculosum haud facile dissol
lubili assurgat, ceu olea ficus, Molle, Tecomahaca, Tlalmi
liloca quahuitl. Xochiocotzo quahuitl, Copaltic, Tamarindu
Hua conex, Hoitzil oxitl, Mizquitl, Sasafras, Hoaxacan, et al
frutex — similes: frutex quod ab radice candice multiplici ramosum
se attollit, ut rubus, paliurus, Tlepatli, Hoitzitzilxilxochi
Tlatlacotic, Acuilotl, Ecapatli, Huitxiqua, Nacazcul. Yz
ticpatli. Atlatzopillin: Suffrutex quod ab radice multis ex
Suffrutex — guis caudicibus cauliculisue exit, ramosumque est, et in
altum assurgens, mediamque naturam inter herbam ac fruti
cem habens, ut Rosmarinus coronarius, Lauandula, hed
ra, spartum, Coatli, Xalquahuitl, Xiopatli: Sunt qui
dicant suffruticem uno constare scapo, lignoso, surculoso,
humili, minutisque ornato folijs, ut Abrotanum, Samps
gum, Serpillum, Tzontecpatli, Tlacoxochitl, Tlacoxilox
chitl: Herba quod ab radice foliatum sine caudice p
Herba — ueniat, semenque cauli ferat, ut frumenta, et olera
Sunt qui addant quandoque cauli carere, sepiusque uero
caules ferre, aut culmos minime lignosos, sed molles,
ut Borrago, Beta, Soncus, Condrilla, Mellissa, Acxoiat

Chilmi ca

chilmimecatl, cococxihuitl, zozoyatic, Epazotl, yauhtli, Tlacuache, ac quam plures aliæ; Plantæ omnes quæ ex semine ortum ducunt conueniunt in hoc quod sato semine ex eo radix primo oritur, mox duo foliola: Differunt uero sola namq. herba statim fundit ab radice folia preter ea bina foliola prima quæ cunctis generibus comunia illico e semi nis pulpa prodeuntia sunt affixa radici; Arbor, frutex, et suffrutex continuo ab ijs foliolis edunt stipitem; herba omnis alia insuper folia procedenti ~~tempore~~ uero tempore quedam etiam stipitem mictit, quedam nullum umquam quod de cynoglotto scribit Dioscorides, in nonnullis prouenit ut in beta; atq. harum una differentia pro tempore; sunt enim quæ cito ut Borrago, sunt quæ ita sero ita raro caulem mictant, ut aquibus sine caule natura sua sint existima tæ, qualis tussilago: Altera differentia e, cauliam numero, uel frequenti, uel singulari, ex eorumdem magnitudine, ac perennitate; in alijs tribus generibus egreditur scapus, sei pesue uel unus uel plures: si unus aut magnus et est Ar bor, aut paruus et est ~~[stipes]~~ suffrutex, si plures est fru tex. horum uero affectus proprij sunt, Arboris ut ne intereat aut denuo subnascatur: Fruticis et suffruticis ut aliqui ta les sint aliqui intermoriantur. id quod cum herbis comune habent: omnis ergo suffrutex differt ab arbore magnitu dine, aliquis etiam annuo interim: Agrimonia namq. in terit, et alia multa unicaulia in eo autem conueniunt

quod

quòd utriq; truncus est singularis: differt ab arbore frutex pa
tati, in qua ei cum suffrutice conuenit, ab utroq; uero sti
tum frequentia, nec necesse est ei perennare, sicuti ne
suffritici seu cremio nam et myrtus perennat, et peonia
perennat: Herba conuenit cum suffritice stipitis unita
aliquanno ut brassica: nonnumquam cum frutice stipitum
multitudine ut foeniculum; aliàs cum eorum neutro stipi
carentia; differt omnis ab omnibus alio proprio discrimine
pe foliatione modo supra explicato: Contingit quanoq; dig
rare hæc genera plantarum uel cultura mangonio, uel neg
gentia, et incuria colentium, uel aliàs suapte natura ac
re, ac alia in alia abire sicut et species; nam sisimbrij spe
in mentam, triticum in lolium, et hordeum in auenam, sic
genera: corylus si non colatur frutex est, item punica,
auellantur soboles arbore sunt: Malua quanoq; in alt
se attollens atq; in arborem transiens; quippe ita fit neq; temp
longo sed semis sesemisue mensibus, ita ut longitudine crass
neq; instar hastæ possit grandescere, quapropter commodi
usum baculi peruenit, tempore uero longiori exacto pro rat
magis quoq; incrementa capescit: simili modo et Beta naim
quoq; ampliorem magnitudinem capit, seu longe magis Amer
paliurus, hedera ut procul dubio arbores efficiantur quamq
frutices sint: authore Theophrasto: Arbores è contra ni purge
earumq; cultura ommittatur in frutices degenerant: Idq; fru
arbores appellant: Huius ideæ proportio quedam est in nonnul
alijs herbis, ut in Lactuca cuius stipitem ad hortorum postes
situm prodit Theophrastus. Sic in Saluia, Androsemo, polygon
Hyosciamo, Rhododendro, et plerisq; alijs ut Dioscorides in qu
fruticare et suffruticare contingit:

De plantarū partibus cap: V

1° de histor. plant. cap. 5.

Nomenclaturas generum plantarum, differentias, ac con
uenientias, de generationeq. superiori capite ostendi
mus. Nunc explicationem partium plantarum prosi
qui conuenit: cumq. res planta uaria sit (ut Theophrastus
hist. cap. 2 inquit) atq. multiplex ob hoc partes in uniuersum dica
referri difficile est. Signum huius quod nihil penitus est
quod communi accipi possit cunctis plantis conueniens, ut
animalibus os, uenter, et alia proportione eadem, alia
quodam alio modo, neq. enim radicem, neq. caulem, neq. ra
mum, neq. germen, neq. folium, neq. florem, neq. fruc
tum plantae omnes habere uidentur, cortex rursus, aut
medulla, aut neruus, aut uena, minime omnibus inest, ut in
fungorum, et tuberum genere patet: quibus rebus hisq. si
pro natura utiq. plantarum consistit. Sunt equidem ar
boribus, et fruticibus partes plurimae; suffruticibus pauciores;
quibusdam herbis paucissimae; quarum quedam prima ma
ximeq. communes plurimorum sunt, ut radix, caulis, ramus,
...rcalleg. surculus, ex Theophrasto: quedam perpetuo suis adsunt sti
pitibus, alia non semper adherent, sed pereunt, ac decidunt
quas idcirco nonnulli partes esse negant, alij annuas ap
pellant: perpetuae partes sunt radices, caudices, rami, corti
ces, ligni, materies, matrix, medulla, et alia: annuae uero et
non perpetuo presentes. flores, calyces, Juli, fructus, semina,
capitula, siliquae, ualuulae, inuolucra, umbellae, pappi, et
et multis folia etiam, sed non omnibus tamen.
Radix quid Radix igitur est id quo terrae planta inseritur atq. cohaeret
et alimentum allicit, cunctis plantis hec inest ~~excipias~~ paucas
si excipias

si excipias, quæ sine radicibus uiuunt, et augentur, ut uiscu
Caulis Stelis, et Hyphear, ~~[illegible]~~ arborumq. fungi. Caulis Id quod ab ra
simplex supra terram assurgit, et in quod alimentum defertur s
Latini nominari consueuit, ~~ac~~ in arboribus quidem et fruticibu
caudex, in herbis uero caulis dicitur: Soboles illa coliculor
inutilisq. e radicibus fruticatio Stolones appellantur, qui inx
Stolones arborum, ac fruticum caudices erumpunt, quiq. ~~dumsi~~ atq. plant
uiuunt, et adolescunt. Truncus inferior caudicis pars radiciq. u
Truncus nior est, alias quæ truncati superest ramis. Rami sunt qui
Rami caudice, aut caule sese multipliciter spargantur, ~~[illegible]~~
~~ti~~ et ueluti brachia quædam se expandunt quos nonnulli no
appellant. Surculus, quod ex ramis simplex, ac in dimiduum cor
Surculus æquali potissimum germen annotinum apparet. At quia predi
partes, cortice, ligno, et medulla, quæ et matrix dicitur constant
rite de his dicendum, est ergo cortex pars ultima, ac extima
Cortex subiecto corpori seperabilis, ueluti crusta quædam ad tegen
data, quæ si ueluti ~~[illegible]~~ ambiens membrana cingat tumi
[illegible] corpori dicta est: pars tamen corticis interior quæ l
Liber quo pressius adheret proprie liber erit, is quibus scribim
libris nomen dedit, Corium tamen a Grecis non tam facies sum
Corium ma quam stammen quoddam crassius cui et aliud subesse pote
nominatur; sunt uero et partes quædam quæ esse nomine caren
similitudine autem ex animalium partibus appellationem sibi mutu
Neruus tur, quare appellare neruum Id quod continuum fissile prelongumq
spectatur sed in sociabile ac germinis infecundum, et uenas hab
Venæ (Venæ ipsi cetera neruo similes sed maiores crassioresq. su
et ramulos et humorem habentes. Item ~~alia~~ lignum alia sibi u
Lignum dicarunt, lignum interior pars cortice circundata fissilis, a
dura, ac ueluti corpus arborũ et fruticum cuiq. exterior ~~[illegible]~~
et cortici uicinior pars mollior, ac albidior Alburnum ap
Alburnum dam ~~nominatur~~ dicitur quæ facile putrescit et teredinibus

crebro

obnoxia est. Caro est id quod omnibus dimensionibus dividi potest
quomodo terra queque ex terra constant, unde fit ut inter nervum
et venam ipsa media intercedat: ~~[illegible]~~ ex Theophrasto
~~[illegible]~~
Matrix quod in medio ligni residet, et tertium a cortice continetur
velut medulla in ossibus, ~~[illegible]~~ hoc nonnulli cor, alij medullam appel-
lare malunt; Medulla etiam est id quod in medio ligni fungosum
continetur velut sambuci medulla, salicis, virge sanguinee, rubi;
sciendumque etiam quod herbarum caules si exigui sunt cauli-
culi, aut coliculi dicuntur; quandoque et scapi, aut culmi, ut faba-
rum scapus, frumentorum, et parvarum arundinum culmi:
folium est proprie quod ex carne, cortice, et nervis constat, plantasque
vestit, atque exornat, quo cum spoliantur plantae nudae appa-
rent; flos gaudium est arborum, herbarumque, concipiunt enim
plantae varijs diebus, et pro sua quaeque natura gravidae
partus germinant, quod germinatio ideo vocatur: pariunt
cum florent, flosque ruptis constat utriculis, tenerque fructum
fructus spes est; sunt etiam quaedam alia peculiaria partu-
rientis arboris initia, quae neque fructum, neque florem pro-
prie dixeris: cachryas graeci vocant, suntque sub longa panicu-
larum modo nucamenta quae squamatim compacta prodeunt
e ramis, ut videre est in larice, picea, platano, iuglande, tilia, ~~[illegible]~~
abiete, et alijs permultis, verum quod in Avellana nuce, Co-
rylove, compacti tallo racematim cohaeret, et veluti prae-
longus vermis singulari pediculo pensile nititur Iulum
tam graeci quam Latini vocant; Flores etiam suas partes ~~[illegible]~~
habent ~~continent~~; nempe calicem, stamina, apices, et ungues; Calix est
quo flos primum continetur deinde ~~[illegible]~~ fetus clauditur; Stami-
na quae veluti filamenta e calice erumpunt ab intimo floris
sinu; Apices sunt crassiuscula quaedam dependentia in sta-
minum summo ~~[illegible]~~ inherentia; Ungues in rosis ceterisque

folijs

foliatis floribus ueteres intellexerunt imas foliorum pa[rtes]
quibus calyci cohærent, diu colores magna ex parte ideo m[e]
fructus dicinæ damnatæ, fructus quod carne et semine compactu[m]
est, frequenter tamen pro eo quod inuolucro perinde quasi
carne et seminio coactum est accipi solet; non raro pro ipso
semine, ubi nudum, et nulli alteri inclusum nascitur; Sunt etiam
herbarum ~~[illegible]~~ permultæ partes quæ ab humanarum similitudine nomen
traxerunt, ut coma, caput, Alæ, sinus, genicula, latera, capillamen-
Coma ta, fibræ, uertex, cacumen, [et alia] coma quicquid hilari uenustate
crinium modo summa ramorum uel coliculorum exornans, ut fr[on]-
des cum foliatum est cacumen; sæpe corymbi et flores comare
Caput dicuntur, Id quod in globum extuberat aut in orbem glomeratu[r]
caput dici consueuit, si magnitudine cesserit Capitulum, a quo m[ul]-
Capitulum ta herbarum capitulata uisuntur fastigia, ut papaueris, nymphe[æ]
etc. Cauus inter caulem et ramulos anfractus unde sinuo[si]-
Alæ tim noua proles egreditur Alæ dicuntur facta ab humanis ali[s]
translatione, uelut in utroruma complexu angulus in quem coie-
Sinus runt sinus nuncupatur: sic illarum caua sinus, idem sibi ue[l]-
Articulus le fatebitur qui recte inspexerit; At qui partes quæ in quosdam
geniculum nodos intumescunt tam articuli quam genicula nominantur: a quibus
perse[que] uel geniculatim uel articulatim ramuli prodire dicuntur:
Internodium quod inter artus uel genicula ~~intercedit~~ medium intercedit in-
ternodium dici consueuit: geniculatæ quoque radices nominantur
quæ nodis quibusdam interstinctæ protuberant, rotundæ et leni-
Vertebra ter capillatæ: Partes crassiores nodis conglobatæ in quas
internodiorum extrema coeunt Vertebræ nominantur, Late-
latera ribus etiam preditæ sunt herbæ quibus laterales funduntur ra-
mi, aut utrinque in ordinem digesti prodeunt. Ad hæc portiuncula[e]
Capillamentum teretes et oblongæ in capilli modum extenuatæ Capillamenta
dici consueuerunt, quæ si contorta crispentur Cirri mutuantur
Cirrus appellationem; distident Cirri ab acetabulis illi enim tota
Acetabula polyporum flagella sunt, hæc in flagellis cirrisque rotundæ
cauitates ac cauernositates sunt: capillamentis germanæ

Sunt fibræ

sunt fibræ quæ ~~hec~~ plantarum minutiores sunt radiculæ in
quas ueluti extremas crassiores effusæ sparguntur, sic radices
multæ fibris capillatæ nec non etiam capillamentis fibratæ
pinguntur, quæ ueluti crinibus quibusdam cirratæ coman
tur: ~~[illegible]~~ uertex, fastigium, cacumen id esse constabit quod
longissime abradice distiterit interuallo, ut crus quod proxi
mum sit pedi; oculus dicitur quod persepe in huiusmodi alarum
sinu uideantur oculi, is inoculationi nomen fecit; ceruix pars
illa est quæ acapitatis radicibus prodiens prelonga teres quod
in colli speciem figuretur, ut in cepis, et porris et id genus si
milibus; Vmbella est quæ in plantis summatim insidet, estque flo
ris seminisue pedamentum in plures digestum longiores pediculos,
qui simul ex fastigio eodem orti in latius continuo radiantur,
singulique florem, uel semen sustinent in orbem circumactum, ut
in sambuco, feniculo, aniso, ~~sambuco~~ et dauco et non nullis aliis. In
orbem quoque radiatas herbarum comas cacuminaque in fasces
coacta latini muscaria uocitarunt, a flabri similitudine cuius
uentilatu muscæ conuiuiis abiguntur: Cymæ sunt scaporum de
licatiores tenerioresque coliculi quos a prima ~~satione~~ pullulatione prestant
Pappus lanosus uillus est qui deflorescentibus aliquot herbis
remanet, et postea in auras euanescit, ut in carduis, senecione
soncho, et plerisque aliis fit; Herbæ quedam, arboresue quædam la
nugine pubent, quæ est lanata quedam hirsuties qua stirpium
aliquot folia coliculi termitesue canescunt; Aculei sunt qui
cunque duriuscula in cuspidem turbinata punctionem infligunt spi
culorum modo, Echinus est quicquid numerosa congerie aculeorum
stipatur, siue tegmen, siue caput, siue cacumen sic dictum quod glo
bosis spinarum agmine maris herinaceum mentiatur ut in

castaneis

castaneis, dipsaco, et spina alba apparet: Semina multis variisq. conceptaculis recipiuntur nempe siliquis, valvulis,

folliculus folliculis, loculis, vasculis; folliculus est ~~theca~~ theca rei cuiuslibet quae granum vel semen continet involutum

siliqua Siliqua tegumentum est quo vel grana leguminum, vel herbarum semina concluduntur, nam non legumina modo sed et complures quoq. herbae, et frutices siliquantur, Valvuli cum

Valvulus ~~tum~~ ceterorum leguminum folliculi, tum praesertim fabarum appellati sunt, quia vallo quasi valvuli grana excutiantur;

Vasculum Vascula reliqua seminum involucra quae veluti parvae

Loculamentum capsulae ea recludant loculamenta dicuntur, si perexiguae[?] sunt, si folliculi folliculorem formam refert Vulgae sibi nomen asciscit

Vulga circinans florum vel foliorum ambitus qui coliculos aut ramulos herbarum coronat verticillum est, ab instrumenti mulie-

Verticillum bris similitudine dictum, quod fuso vertendi gratia solitum est adhiberi; ommissisq. partibus frumento et vitis dicatis uti nostro instituto minime opportunis aliisq. ad figuram pertinentibus brevitati studens huic capiti finem impono:

Saporum in plantis repertorum differentiae investigantur Cap VIII

Quippe cum in ordine servando in tractandis [plantis] hoc in ope[re] contentis connexionem cognationis saporum esse ser[vandam] operae pretium duxerim, ad clariorem itaq. notitiam de [sa]porum differentiis quantum nostro instituto convenit nun[c] agere intendo, ~~Haec namq.~~ Etsi haec inquisitio pertinet in summa [ad] secundum de anima, in specie ad librum de sensu et sensi[li] privatim vero ad librum de saporibus; ~~at~~ attamen quia tripliciter sapores considerari possunt, primo in ordine ad gustum cum

Sunt

sunt obiecta, secundo secundum propriam naturam: tertio
secundum subiectum cui insunt, primus et secundus modus
ad philosophos pertinent, quare de his Aristoteles in praed
legatis locis disseruit: tertius ad medicos; Atque ita gale,
nus considerans mixta ut ad sanitatem conferunt sapores
ad ipsorum temperies dignoscendas ordinauit, et sic per
subiecta distinguit; et quamuis ex nulla qualitate earum quae
secunda appellantur firmum satis inditium ad mixti
temperamentum dignoscendum sumi possit (sola experi
entia id assequimur cui unica fidendum) ex sapori
bus tamen non parum iuuamur cum ad id consequen
dum, tum ad plantas ipsas dignoscendas. sciendum ergo
quod de saporum differentijs ac numero, uarie non pariter sensis
se uidentur. Plato namque in Timeo ut refert galenus quodam
modo decomposuit acerbum austerum acidum salsum nitrosum amarum
med. acrem et dulcem. alio modo quinque primos duos sapores acerbum
r et 36 et austerum eiusdem fere speciei esse asserens solum autem in ra
tione maioris ac minoris differentes. sic salsum nitrosum et ama
rum: amarus namque ex nitroso prouenit intensione. salsus uero
aut nitroso imbecillior, aut adstrictionis quoque assumens aliquid,
ex adstrictione specificam differentiam suscepisse uidetur: Alij ad
dunt alium quem adstringentem uocant hunc plato eundem
cum austero esse intellexit nihil enim aliud est quam austerus
remissus qui in malo cotoneo et medico reperitur. Theophra
stus addit unctuosum seu oleosum seu pinguem qui potius in
numero succorum a platone ponitur, unctuosum enim esse non
ad saporem sed ad modum substantiae succi pertinet: Alij nouem
dixerunt

dixerunt acer, acidus, pinguis, salsus, austerus, dulcis, amarus,
bus, insipidus: tres primi e tenui materia prodeunt, medij e m
eri, postremi e crassa atq terrena. Hos octo tantum veluti nos
proposito oportunos explicabimus, Acrem, Amarum, Salsum, dulce
sipidum, acidum, Austerum, et Acerbum: Acris sapor
qui linguam et os acrimonia ferit, cum pungit, et fauces mord
simulq calefacit, et interdum quasi exurit, is maxime consp
est in pipere, pyrethro, euphorbio, nasturtio, Allio et cepa. Alia
chilli, chilpantlazolli, chilmecatl, Iuzpatli. Anchoa et id g
alijs, fit autem ex tenui sicca calidaq materia. quare omni
gustui acre mordentem se prebet ignea natura particeps est,
sapor reperitur in edulijs quibusdam quibus utimur pro obsonio,
uero ut condimentis tantum, cum etiam in simpliciter medicament
in deleterijs qui si non dum vehemens est sed infra tertium ca
ciendi ordinem subsistit vim, atq facultatem habet intro
pus penetrandi, meatus Aperiendi, crassosq humores atten
di, extrinsecus corpori inherentes cutem rarefacit, humoresq el
ac rarefacit: quod uero iam acrius est tertiumq caloris gra
exsuperat preterq quod acrimonia caput tenui vapore fe
si crassioris sit essentia causticum est, et aut vesicas excita
crustas molitur: Sin tota substantia animanti adversatur septic
vel est putrescens et deleterium est. Amarus sapor insuavis,
ac tristis, gustum divellit, et linguam corradit, eo insignis est Alo
synthium, gentiana, centaureum minus, colocynthis, Cimpatli, Zem
nam, Iccepatli, Iztonpotonic, Iztonpatli, et eiusmodi alia. Crassi
est materia, atq terrena quam exuperans calor preassavit, et exsic
uit quare omneq amarum calidum et siccum est, et si aliter aver. senti
negans saporem amarum ex calore fieri semper, sed ex calore frigore fi
posse modo calor aut frigus cum desiccatione coniungantur idq
exemplis

plis monstrari nititur ut est uideri 5 collige cap 21 ~~hunc in~~ cui
se subscribit uallesiola, quorum rationibus sane optime doctissi
mus Vallesius 9 lib contr: respondet, Hinc sane precipuarum
detergendi, et meatus expurgandi ~~ei inest~~ amaris inest, introq
sumptis infarctus expediendi, et admotis sordida ulcera deterger
di, et expurgandi, et quia exiccando superuacaneos humores ab
sorbent aut detergunt et dulcedini quae putredinis parens est pror
sus aduersantur putredinem inhibent, et corpora diu integra tuen
tur: Salsus sapor est qui linguam exacte siccando corradit
non tamen admodum calefacit, in me diocri materia consistit cum
caloris et siccitatis, aquatae enim materiae (qua non exquisite sim
plex est) partes quasdam terrenas permistas calor externus tan
dem praeassans, et urens atque siccans salsum saporem inducit. fitque
a terreno sicco quod in aqueo humido caloris ui praeassatum atte
nuatumque est; neque igitur prorsus terreum ut galenus inquit im
tolus manet, sed permixtione obmaditur, siccitas uero maior conqui
ritur, ac perusit: itaque quod salsum est poros contrahit, incidit,
detergit, digerit, seu sua siccitate potius humores absorbet sine
manifesto caloris sensu, quo fit ut a putredine uindicet, a sale
nomen accepit, quare hoc generi salis species omnes continen
tur, aqua marina, ~~et huic similia~~, yztatl, tequixquitl, et his
similia: Dulcis sapor suauis ac iucundus est, nullaque qua
litatis exuperantia molestus, nam materia et tempera
menti mediocritatem obtinet, hac de re exasperata lenit,
maturat, concoquit, et amicissimum est ac alimentorum om
nium communis omnium namque nutrientium communis dulcedo
est, quicquid enim nutrit plus aut minus est dulce ex gal. con
spicuus est hic sapor in sacharo, melle, glycyrrhiza, tzon
pelicxihuitl, tlatlacanaltic, cuitlapazotlin, coltotl, et
huiusmodi alijs

p med.
14

huiusmodi alijs. Insipidus improprie sapor dicitur ut qui sapo
rum potius privatio sit, nullaque qualitate afficit nullum gustu
percipitur Huius materia tametsi quodammodo crassa est non ta
prorsus terrena sicca et astringens sed humori quodam
fusa, qui tamen non exquisite permiscetur in caloris, et q
eius materia emplastica est meatus omnes infarcit et obst
exasperata lenit et soluta agglutinat, quamuis autem sap
hic dulci sit affinis differt tamen quod paulo crassiori et
ore constat materia. Id saporis genus in aqua excell
maxime inde in cucurbita, et peponibus, omimoxtli
quil amolli, Ulapatl, et huius generis alijs. Acid
sapor est qui gustum penetrat, et tenuitate ferit, citra
men ullum sensum caloris, in tenui inest mate
frigida siccaneaque est natura; suaque tenuitate ad pen
dum, et incidendum nihilo fere infirmior est acri sapore
ri incidit, attenuat, mordicat, detergit, obstructa liberat,
pellit, et siccat, frigoris enim alte subeuntis beneficio
xiones omnes repellit, siccitate qua plane valida est
guinis eruptiones sistit ac cohibet, eius vis in aceto m
me deprehenditur, in succo limonum, mali citri, et m
lide, Xomatl, Ilatlauhcapatli: Austerus sapor est qui
eratu os, et linguam constringit, et quadam asp
tate coarctat, ac quadantenus refrigerat, et ex
consistit in materia mediocri, quae terrena, et aquea part
est, in qua non calor sed frigiditas dominatur et exuperat, l
lenter refrigerat, extinguit, cogit, atque contrahit fluxiones
erat, sistit, atque repellit, proprieque crudus humor appell
estque immaturis fructibus peculiaris, ut in mespilis,
cornis, pomis, et pyris sylvestribus, uvaque acerba; caca
ton fructus immaturus; yczotl fructus incompletus, Copalxihot
etiam fructus immaturus; Acerbus sapor austero finitim
co tame

eo tamen gravior molestiorq, est, ac magis linguam gustumq,
omnem constringit, et exasperat, ac proinde magis tum siccat,
tum refrigerat, eius materia plane terrena est, et sicca nec
aquae nec humoris manifeste particeps, in qua non calor sed fri
gus exacte dominatur cum siccitate, itaq, ut frigidus fluxiones
repellit, ut adstringens humorum impetum et sistit, ac cohibet: ut
siccans coarctat, atq, densat, uulnera cicatrice obducit: ut ter
renus humores incrassat. sapor hic in malicorio, galla, rhoe, ex
cupressi nucibus. ex quahuitl, et mizquitl et huiusmodi alijs
conspicitur: cumq, corpus acerbum terreum ~~[struck]~~ sit ac frigidum
mei triplici ter necessario exoluitur ut aut calescens aut humescens
aut utrumq, simul perpetiens. itaq, si calescat dumtaxat, nec hu
humidius fiat neq mollius sed durum manens solam acqui
rat dulcedinem uelut roburneae glandes ac potissimum quae
uocantur castaneae; si tantum humescat. siquidem ea crassa
rum sit partium et aquea humiditas austerum euadet cuiusq,
enim saporis uires aquea retundit atq, hebetat humiditas
si uero tenuium partium et aerea sit acescet ostensum namq.
est frigidum subtile acidam efficere qualitatem: At si pariter
humescat et calefiat humiditate quidem aquea in dulcedinem
aerea uero transibit in pinguedinem

De Plantarum noui orbis ab indigenis
ueteris huius diuersitate, earumdemq,
multitudine, et cur de paucis hoc in opere
tractetur. cap VIIII

Huius nonnullas ueteris orbis indigenas plantas in nouo orbe
ortum ducere fama est, quamplurimas uero noui illius esse
proprias quarum pene nulla in hoc antiquo uisitur. hanc
Indiae plantarum diuersitatem ad aures Theophrasti per
uenisse eius uerba quae scripta reliquit 4 de hist. plant
cap 5°

cap. 5. testantur ubi loquens de indica ficu alijsq. in dia a
ribus, et herbis, ac absoluto sermone de ficu et alijs duabus
congeneribus plantis subdit. Sunt et alia plura ab ijs d
uersa quæ grecia gignit, sed nomine carent, nec mirum
siam ex eorum proprietate putandum nam et quidam re
nulla omnino arbor nullus frutex nulla herba similis
comperitur quæ in grecia proveniunt paucis exceptis.
etiam ex iconibus figurisq. plantarum regijs in libris contenta
a quouis satis optime percipi potest, tanto namq. arte et pe
tia depicta sunt, ut cum in illarum partibus totaq. fi
ra delineandis cum coloribus punctim applicandis gens
nec Apelli nec cuipiam antiquorum cedere uideat
imagines, et similitudines plantarum et animalium
ad uiuum insuntur ut res ipsæ seu accidentia rebu
ipsis inherentia appareant ut ex nonnullis plantis et a
malibus ad nos delatis coniectari potest. unde omnes
turæ prestantiam in plantis admirantur non tam quod i
infinitum illarum numerum procreauerit, quàm
quod omnes sic uariauerit, ut non sit reperire plan
speciem quæ alijs ex toto similis sit. hanc plantaru
specificam diversitatem celi et soli proprietati ac n
tioni fieri scriptum reliquit Theophrastus primo d
causis plant. cap. 5. ubi loquens de generatione plan
spontanea

spontanea a principio statim inquit: sponte autem alia exeunt (ut simplicius loquar) quæ minora corpori sunt, et maxime quæ annua herbaceaque ~~sunt~~ natura sunt: ceterum euenit ut etiam maiora interdum ita gignantur. cum aut imbres frequentauere, aut propri etas aliqua in celo, et terra consistit: in fine autem capitis concludens inquit: Itaque quantum in uniuersum exprimi liceat generationes huiusmodi fieri necesse est terra subferuefacta, coactoque humore admixto, commutatoque ex solis ardore, quemadmodum et animalia pro generari uidemus: quæ Theophrasti uerba æquo si recipiantur animo plantarum materiam esse quatuor elementa inferre uidentur, nam per terram subferuefactam duo sicca elementa nempe terram, et ignem intelligit: per humorem duo humida nempe aquam et aerem, quæ simul cum siccis admixta, et coacta plantarum materia euadunt: causam uero agentem solis statuit calorem operantem in elementa illa uniendo, mutando, ac disponendo ad plantæ formam introducendam, uirtutemque formæ plantæ productiuam infundendo, elementorum namque uirtutes cuiusque formæ mixti

productionem

productionem attingere non possunt, nisi sit superior
alia uirtus, et hec est a celo: motus itaq; celorum causa
uniuersalis est mutationum inferiorum, ut puta ele-
mentorum, mixtorum inanimatorum, plantarum, et ani-
malium; non quia motus per se producat quicqua[m]
sed quia est uniuersalis quedam ~~conditio~~ conditi[o]
causa; nam sol et astra applicata, et lata per m[o-]
tum in situs diuersos rerum diuersitates operan[-]
tur, ex Arist. 2 de generat. tex. 55: et hec de pla[n-]
tis sponte nascentibus: plantis autem ex semin[e]
uel ex analogo ortum ducentibus (corpora enim
celestia non eodem modo operantur in hec inf[e-]
riora) motus celorum non totam imprimit uir-
tutem, sed coadiuuat aliam uirtutem: coadiuua[t]
enim uirtutem, et calorem naturalem seminis,
uel analogi, qui est eiusdem rationis cum cele-
sti; et sic celum omnium causa est, non solum
productiua sed conseruatiua, non enim consiste-
rent multum inferiora hec presertim planta[e]
et alia uiuentia motu hoc et influxu celorum

cessante

cessanti: a sjderibus quàm magna uis oriatur in plantis scriptum reliquit Theophrastus capite ultimo secundi de caus plant. sed de his hacte nus alterius est operis: et si infinitus ferè sit numerus specierum plantarum noui indige narum orbis, de paucis tamen agere in hoc opere uisum fuit, nam tantum in his tria illa quæ galenus in medicis preceptis, ac cunctis alijs obseruanda statuit reperiri contingit; quorum id erat imprimis quòd ea quæ tractantur de bent esse uera: secundo utilia, tertio iactis principijs consententia; cum ergo inter tot mille plantarum differentias hæ solæ reperiantur pluribus ac notatu dignis pre ditæ facultatibus, ac usui medico utilibus, (in comodum namque artis medicæ professorum pre cipue presens editur opus,. quibus plurimum

ut debeo

ut debeo prae caeteris profiteri animo semper fuit) iachisque principijs consentaneis, ac antiquorum praesertim Galeni methodo non repugnantibus: non immerito harum tantum historias, icones, ac imagines distinctas et ordine dispositas prelo tradendas operae pretium duxi.

D

Dubia eorum qui asserunt inartificiosum et inutile esse tractare de plantis proponuntur, et breviter causas decepti[ones] in plantis efficientes narrantur Cap.

de

Dubia eorum, qui asserunt inartificiosum, et inutile esse tractare de plantis proponuntur: et breuiter causæ decep=tiones in plantis efficientes narrantur Caput X.

Plantarum descriptiones fallaces esse, earumq virtutes inef=ficaces, atq euanidas plerique medicorum queruntur, multaq passim obuia apud veteres, quæ parum aptæ si nostris confe=rantur suo nomini, ac descriptioni respondere; eoq diuersas esse herbas contendunt, licet nostro æuo idem nomen obtineant. Sic Iberidem, centaureum minus, smyrnium, hyppoglossum, Phylli=tim, pentaphillum, Phu, et nonnulla alia diuersa esse existi=mant; quia veterum descriptionibus non per omnia congruant, ac perinde de plantis noui Orbis opponunt in illarum descrip=tionibus deceptiones quamplurimas contingere potuisse; tum etiam experimento satis constare nonnullas plantas illius Orbis in=digenas, in veteris huius translatas regiones abijsse, quasdam inefficaces, atq euanidas euasisse; alias mutationes magnas perpessas fuisse. Quare ob difficilem plantarum inuestigatio=nem, descriptiones fallaces, magnasq mutationes tractare de plantis esse inartificiosum, et inutile opinantur. His ut satis fiat scire licet deceptiones multifariam in dignoscendis plantis ob earum mutationes contingere posse; Variantur namq plan=tæ quadrupliciter, primo ratione nomenclaturæ, secundo ra=tione numeri, tertio ratione delineationis, ultimo ratione fa=cultatum. In nominibus enim proprietas eorum, et simplicitas consideratur, quæ tum in plantarum generibus, tum speciebus est; hisq uel vniuersis, uel eorum partibus: Nempe hæc om=

nia suis, et non alienis, atque improprijs nuncupantur nominib
ut quod arbor est, arbor uocetur, sic de fruticibus, suffrutic
bus, et herbis pariter, et circa species, in quibus non solum
proprietas est consideranda, ut scilicet appositis sibi nominib
appellemus, sed etiam vniuocatio, nempe ut perpetuo vnu
nomen si fieri potest vni, et non pluribus imponamus: Idem
in plantarum partibus obseruandum est, ut ~~pars~~ quod radix
est, radix nuncupetur; caulisque caulis nomine appelletur. S
de caudice, ramo, cortice, folio, flore, fructu, ac semine h
in nominibus obseruanda sunt. In speciebus autem numer
potissimum spectandus, qui est uel determinatus, cum dicim
alicuius plantae duas esse species, uel tres, uel quatuor: vel n
definitus, ut si plura esse alicuius plantae genera dicamus. N
vero in descriptionibus longe plura consideranda sunt: del
neantur namque plantae per substantiam, per quantitatem, t
continuam, tum discretam, per qualitatem quae est Visibilis,
dorabilis, gustabilis, et tactilis: quae etiam uel definitae, uel
definitae sunt: per figuram, ac per similitudinem, quae etia
ad qualitatem referuntur: per situm, per ordinem, qui quando
confusus ponitur; nonnunquam; explicatur per tempus, quod al
quando determinatur, quandoque indeterminatum ponitur; per lo
praeterea, et regionem, quae omnia mutari possunt, ac praeter n
turam reddi, et sic plantas uariari, et deceptiones contingere
facultatum denique ratione triplici ex causa in plantis error cont
gere potest, primo ratione plantarum, scilicet cum planta non i
duxerit effectum, quem promittit; secundo ratione corporis

iect

iecti, tertio ratione affectuum preter naturam, quibus plantæ destinantur. At quia ex dictis quisque facile deceptiones, quæ in dignoscendis plantis ex mutatione ratione nomenclaturæ et ratione numeri contingere possunt, percipiet, merito ijs omissis ad mutationes ratione delineationis in plantis contingentis descendimus etc.

Modi mutationum in plantis delineationis ratione euenientium explicantur Cap. XI

Bifariam mutationes in plantis delineationis ratione eueniunt, nempe uel quia plantæ non accomodantur descriptionibus, uel contra, quod descriptiones non accomodantur plantis. plantæ quidem Authorum descriptionibus repugnare uidentur ob mutatam faciem; idq pluribus modis euenire potest, primo sui ipsius ratione, secundo ratione Cœli, tertio ratione soli, quarto ratione cultus. Sui ipsius ratione duplici est, nam uel ratione substantiæ, quæ in cunctis plantarum partibus consideratur, ut si aliquam quandoq in planta partes deficere, uel superaddi contingit, siue pars illa sit naturalis seu preter naturam, naturalis quidem, ut capillamenta, quæ triboli aquatici caulibus adnascuntur, quæ nec folia, nec caules Theophrasto authore esse uidentur, sed cauli adnascentiæ; sic et Viscum, et Steli, et hyphear, quæ non nisi in aliena arbore nascuntur; ita et ledon Cisti species, in cuius folijs pingue quoddam uerno tempore contrahitur: ad substantiam etiam gummi, lachrimæ, lac, succi, et id genus alia

referri possunt, quae quandoque sunt, aliquando cum esse deberent deficiunt, ut mastice iuxta chameleontis albi c dices; sic etque deficiunt, ut chondrillae alterum genus, q folia fere circumrosa, ut et othonna, et chameleontis n gri radix, quae interdum excesa est; quae preter natura sunt huiusmodi esse solent, ut cum ficui scabies nascun erugo oliuis, atque eadem in frugibus ex serenitatibus, fla busque austrinis aquae, et rore in spicis insidente, quibus e sole feruefactis erugo creatur. Sic et cum preter natura aliqua deficiunt, ut in myrto, quae iuxta balneum sine nucleis exijt. Secundo modo plantae sui ipsius ratione fa ciem mutat ex aetate, quae in eius pueritia, adolescentia, et senectute consistit; et si aliqui senectutem diuident in marcorem, et senectutem, considerent senectutem in planta dupliciter primo modo antequam planta à terra e uellatur, secundo postquam lecta est. Nos tamen hac su diuisione omissa dicimus plantas aetatis ratione mutar faciem, quia non eodem modo in pueritia, adolescenti et senectute erit, ut in tussilagine apparet, qui luteu florem prima germinatione uere emittit, quo una cum caule confestim exuitur. Inde nonnulli his uacare ex stimauerunt ex Dios. 3. lib. cap. proprio. ac ex hisce aut ribus suam de tussilagine historiam sumpsisse plinium cre dendum est, qui neque florem, neque caulem, neque semen proferre hanc plantam tradidit. Sic et in alijs quibusda herbis Idem Dios. in sui operis praefatione his uerbis con

Firm

firmat: quae causa etiam nonnullis Scriptoribus imposuit, qui herbas quasdam, verbi gratia gramen, quinque folium, et tussi laginem amittere florem, fructum et caulem negant: et hoc nõ ob aliud, nisi quia non omni aetate herbas inspexerunt: ac propterea Dioscorides loco preallegato haec verba prius scripta reliquit: quare cui in animo est horum peritiam assequi necesse est cum prima germinatione solo emergentibus adultis, et senescentibus adesse; nam qui pullulanti herbae dumtaxat adstiterit adultam cognoscere non poterit; neque qui adultam tantum inspexerit nuper erumpentes noscet: quo fit ut propter mutatam foliorum faciem, caulium proceritates, florum, seminisque magnitudinem, et id genus alias peculiares notas: nonnulli qui olim has rerũ varietates non prospexerunt, magno in errore versentur. Et paulo post subdebat Ergo qui saepius ad visendas herbas, et earum natales se contulerit, earum cognitionem maxime consequetur. At si mutatio caeli ratione contingerit, haec ob annorum varias constitutiones erit. Prout enim caelum varias reddit anni constitutiones annus clementior quandoque, aut horridior fit, et ita plantas variat: Aëris namque inequalitatem maxime spectandam esse ut Theophrastus docet. Alijs enim imbres conveniunt quibusdam repugnãt, ita et flatus, et frigora, et calor, ex quo fit, ut si his adsint (adsint), illis desint non paucae varietates efficiantur; vel enim figuram mutant, vel minores

solis, maioresq reddantur, non solum vniuersae plantae flores, frondes, radices, aliaq illarum partes, uel tempestiuius, uel tardius proueniunt, uel etiam omnino marcescunt. Vnde recte in prouerbio est ut Theoph. inquit Annus fructificat, et non tellus. Soli ratione plantas variari quandoque contingit, ac perinde ut locus varias temperaturas in primis qualitatibus sortitur, ita multas diuersitates in plantis procreare potest. At quia dupliciter locus intelligi potest, uel pro vniuersa regione, uel pro particulari alicuius regionis loco. Si primo sumatur modo, quamplurimas in plantis mutationes efficere solet, ita ut et stirpium indagatoribus, et medicis, ac Philosophis in earum causis inuestigandis maximum facesserit negotium: quantum enim naturae ob regiones varientur ex Hyp^tis de aëre, aquis, et locis lib. ac Galeni opusculo, cui titulus est quod animi mores temperaturam corporis sequantur percipi facile potest. Ex regione homines timidiores, uel audaciores, petulantioresq effici videmus. In vna magnanimi, ac ad viriliter agendum, et ad labores quoscunq perferendos aptissimi fiunt; in alia debiles, meticulosi, infirmiq: in hac mansueti, et mites, et in illa feri, et immanes nascuntur. Sunt et regionum omnium venti peculiares, et aquae; Sol etiam uel recte respicit

3 de cais capo^lo

vel oblique

vel oblique, vel medio modo. Sic etiam maiorem, aut minorem
aut mediocrem morem contrahit. et ob hanc hominum natu-
ra, mores, colores, et corporis habitus diversissimi evadunt.
Sic et ceteris animalibus, multoque magis plantis contingere posse
rationi consonum est. Cum hae longe quavis ex causa prae illis
mutationem suscipere aptae sunt. magnae igitur, ac plurimae
regionum ratione diversitates in plantis esse possunt. amant
enim plantae has, vel illas regiones, ita, ut quaedam quorum
dam locorum vernaculae sint; aliae in quibusdam nasci nul
lo modo possint. Theophrasto teste, qui thus, mirram, laser, cina
momum, et cassiam plagis ad exortum, meridiemque vergentibus
veluti peculiaria, minime autem septentrionem versus prove-
nire recenset. Quaedam frigida loca amant, ut pinus, robur
abies. taxus, castanea, tilia, et reliquae similes. et ex plantis
humilibus nonnullas algentia loca quaerere, ut febrifugam, ab-
sinthium, item quae radice, succove medentur, ut veratrum
agitatorium, scammonium, et caeterae fere quarum radix ex-
petitur, propterea substantiae varietatem ex regione spec-
tantes inveniemus multas plantas omnes partes non posse per-
ficere. Plinius loci vitio quaedam fieri infructuosa tradidit, sicut
caeduas, quae in paro sylva nihil ferunt, Persicae arbores in Rhodo
flores tantum. Galenus in regionibus non admodum calidis
palmas non perfecte maturare asserit. Theophrastus vero
inquit, quod si quis palmam nostratem in Babilone serat
loci illius domesticis similem reddi fructiferam. Quin et vitia
morbique regionis ratione plantis evenire solent; nam apud
Tarentum (ut Theophrastus refert) oleae cum florent quan-

doque genuina flatus erugine infestantur, nonnunquam situ quodam
ex mari caliginoso, crassoque floribus residente odorem amittun[t]
quare etsi arbores maxime et pulcherrimae illic sunt, fruct[us]
tamen minimum reddunt. Idque etiam manifestum appa-
ret in Ari specie illa, quam eruditiores Aegyptium Arum
appellant, quamuis quamplures medicae materiae professores
colocasiam esse autumant, quae quamuis in Aegypto, nec
non in Sicilia omnes sui partes compleat, in Italia tam[en]
et Hyspania neque semen, neque florem, neque caulem vnqu[am]
vel certe raro proferre visa est. Idem etiam in dittamno
lib. 3 de mat. med. cap. 32 cretensi apparet, quod (ut Dioscorides ait) neque florem
neque semen proferre deberet, in Italia vero florem, in Creta
semen proferre compertum est. At id mendosi codicis
ratione euenisse, ut inferius dicemus, potius censendum est
qui autem miram circa varietatem in substantia ex regione
natura scire cupit legat quartum librum de Histo: pla[n.]
Theophrasti plerisque in locis, et praesertim cap. 5 et 9. Hase[...]
di[illegible] etiam a regione variatur, cuius rei multa legun[tur]
8 de hist. plan. cap. 3 exempla apud Theophrastum, interque mirabile illud [...]
ne videtur quod in Helide contingere in frumentorum ortu
accidit. Caeterum quod magnitudinem variare possit regio
facile sciet is, qui fructus ex India ad nos allatos inspe-
xerit; sunt enim nostratibus decuplo maiores, quod cum
lib. 7 cap. 2 animaduertisset Plinius inquit in India arbores tantae pro-
ceritatis traduntur, ut sagittis superari nequeant. Secundi[...]

deinde

Deinde hæc facit vbertas soli, temperies Cæli, et aquarum abundan-
tia. Theophrastus asserit quodam in loco Asiæ vltra Bactra
frumentum adeo grande fieri, ut oliuæ nucleos æquet. Et
alibi Arbores in Corsica magnitudine amplissima, magnoq;
discrimine cæteras superare refert. et circa Memphim ar-
borem tantæ magnitudinis esse, ut tres homines eius nequeant
amplecti caudicem. Idem Theophrastus asseuerat. qualitates etiam
variari ex regione sæpe contingit, ut odorem, colorem, saporem,
et omnes alias differentias ad tactum pertinentes, ut duritiem,
leuitatem, lentorem, atq; his contraria mollitiem, hirsutiem
et ariditatem, ut in Ægypto, vbi flores odorati ob caussam
à Theophrasto narratam. Saporem in plantis variari ex re-
gione colligi potest ex Dioscorid. lib. 2°. vbi de brassica asserit
quod in Ægypto propter amaritudinem non estur; in Hyspania
ac Italia, alijsq; regionibus suauissimi est saporis. De Aro
loquens Galenus inquit ari radicem ad Cyrenem minime
esse medicamentosam, et acrem, ut rapis etiam sit vilior,
et eodem, quo rapa modo manditur. In Asia magna ex parte
esse acrius; et in quibusdam regionibus ita acre esse, ut ad
Draconty radicem accedat. Sic de cappari, de lupinis, de mi-
nori celidonio, et de batrachio sæpe obseruatur. Color quandoq;
ex regione variatur; taxus enim in Archadia nascens folio
nigro, aut puniceo constat ex Theophrasto. in Ida flauo, et cedro
simili. Quoad tangendi qualitates attinet alterationes in plan-
tis fieri vno ore omnes affirmant, et Theophrastus in piscotis dic-

tis frumentum adeo firmum nasci tradidit, ut si quis plus com-
dederit disrumpatur necesse sit, et plerosque macedonum ita in-
4° de caus cap. 20. | terijsse: cuius causam reddens agri proprietatem esse asserit, na
si alio transmutatur commutabile fiebat. At si locus secun-
do modo sumatur nempe pro particulari alicuius regionis
parte duplicem adhuc habet considerationem; nam uel ita. c
ut eius ratione figuræ variatio, uel magnitudinis, uel sapo
aut consimilium contingat, uel quod alijs locis oriri planta
inueniantur ab illis, quos Dioscorides, uel alij autores
censent, nihil immutatæ faciei; utroque enim modo decep-
tiones contingere possunt; quædam namque loca sunt pin-
guia; quædam macra; quædam arida; quædam uliginosa;
quædam sabulosa; quædam glutinosa; quædam fertilia;
quædam sterilia; suntque montes, et valles, plana, promon-
toria, lacus, flumina, loca maritima, prærupta, culta,
sunt et harum partium particulæ ut semita, limites, sepes,
segetes, et id genus alia. Autores ergo quandoque in his,
aliquando in illis locis herbas oriri traddunt, ac quo-
dam locos quibusdam plantis peculiares esse. Id uero non
perpetuo verum esse sciendum est, sed magna ex parte
cumque in loco ei minus proprio (ut sæpe contingit) planta
aliqua reperiatur, faciem adeo mutare solet, ut circa eius
cognitionem dubium non contemnendum relinquatur.
Singulis itaque locis suam esse in producendis plantis proprie-
3. de hist. cap. 3. | tatem scriptum reliquit Theophrastus; idemque alibi inqui
1. de caus cap. 21. | mutationes vero (ut supradiximus) in sapore, odore, et magni-
tudine

tudine tam ipsarum plantarum, quam fructuum, foliorumque fieri solet.
folia enim angustiora, latioraque redduntur, et ad summa plantae
ipsae ad hunc modum diversae efficiuntur; quapropter locum
unumquodque sibi convenientem quaeritat: convenit autem
is, quo vigere maxime valeat; quamobrem non omnibus so:
lum idem aptissimum est, sed aliae gracile, macrumque amant,
aliae aranaceum, quaedam etiam sabulosum, ut brassica, ea
enim, quae sicca sunt siccum quaeritant agrum; quae humida
humidum; et sic alimentum pro suae naturae ratione quaeque
attrahunt. Mutationes autem ex cultu contingentes, dupliciter
fieri possunt, ut puta cum cui debetur cultus non adhibetur,
vel è contra: Utrque modus magnam in plantis varietates
efficit: ex quibus fit quo minus cognoscantur; nam variant
magnitudinem, tactilem qualitatem, colorem, saporem, odo:
rem, formam, atque hanc non solum, quia ex cultura diversae
formae in fructus, folia, plantas integras imprimuntur; sed
etiam quia quandoque una species in aliam mutatur; non:
numquam et substantiam ipsam variant addendo, vel diminuen:
do in planta, ut cum ex fructiferis infructiferae fiunt, et è
contra; cumque in delineandis plantis duplex mutationum
genus contingere possit, unum quod ex ipsis plantis ortum du:
cit, cum hae ob mutatam faciem cum descriptionibus non
conveniunt: Alterum cum descriptiones plantis autorum
culpa non accomodantur; propterea habito sermone de pri:
mo, restat de altero verba facere; descriptiones namque non
accomodantur plantis, vel ob ineptam comparationem, et

similitudinem, uel ob multarum signorum defectum, uel nul[la]
apposita plantarum nota, uel ob mendosum codicem; na[m]
inter alias difficultates, quae auctores omnes de mate-
ria medica scribentes summopere fatigarunt maxim[a]
fere est plantae delineatio, unde cum alicuius plantae
notas, ut posteris cognoscendam relinquerent describe-
re vellent nulla meliori uia id assequi potuerunt, qua[m]
plantas plantis comparando; quod si ex plantis assequ[i]
non possunt ad animalia saepius, interimque ad multa
alia confugiunt; quare si Dioscorides Iberidem describen[s]
eius folia lilij folijs similia dixisset mala esset compa-
ratio, et erroris causam praebuisset: sic si acori folia, nar-
cissi folijs similia fecisset, et mei athamantici folia
ferulae folijs comparasset. Pariter siquis Ahuapatlim
describens eius folia lauri folijs similia fecerit; aut
si Ayotectlis folia personatae folijs comparauerit;
vel si Coapatlis folia, mali medicae folijs similia
dixerit, deceptionis causam praeberet: Et sic in alijs
comparationibus, quas breuitatis causa omittimus
contingit quandoque ob multorum signorum defectu[m]
acacalida
deceptio, ut in aca calida, arisaro, ammi, paliuro, non
nullisque alijs in quorum descriptione paucas notas Dio[s-]
corides posuit, et multas omisit, ob hoc deceptiones in his
dignoscendis multae contingere possunt; nisi quis diceret
Dioscoridem posuisse per paucas notas, ita tamen praecipuas
ut recte inuenti non sit admodum difficile praedicta di-

gnoscere

gnoscere simplicia: Sic in tlilxochitl, seu flore nigro describendo si
notæ ex siliquis desumptæ omitterentur deceptio contingeret:
pariter in Coçolmecatl, seu Canarum fune si notæ ex fructu
sumptæ non ponerentur; sunt enim nonnullæ plantæ his si-
miles, sed hisce notis, viribusq satis differunt. Ita etiam in
hoitziloxitl, seu arbore balsami indici signa ex floribus sump-
ta si in descriptione omitterentur errandi occasio preberetur.
Interdiu in plantarum descriptione nulla à descriptoribus poni-
tur nota, ut Dioscorides in bulbo esculento, struthio, siligine, scan-
dice, crocodilio, sfoma arabica, pulegio, caro stoebe, lagopo, epi-
pactide, chameleuca, empetro, et alijs fecit, quas tanquam suo tem-
pore vulgo notas suis signis describere omisit; temporis po-
stea diuturnitate, et medicæ professorum materiæ incuria
harum memoria perijt: et hin[c] erroris, ac controuersiarum po-
steris occasio orta est. Ob mendosum codicem errores quam-
plurimi quandoque contingunt; multaq reperiuntur in Dio-
scoride mendæ, quæ plantarum cognitioni sunt impedimento,
quod librarijs, aut versoribus potius quam authoribus adscriben-
dum est, ut in dictamni cretensis descriptione tradita, in qua
neque florem, neque semen proferre Dioscorides asserit, quod
pænitus falsum est, contrarium namq ab omnibus obseruatur; quem lo-
cum perbelle Bartholomeus marantha sua de dignoscendis simplicibus me-
thodo restituit (à quo nonnulla eorum, quæ diximus mutuauimus) sic
in brassicæ marinæ, tum etiam lithospermatis, nymphæa, ac semperuiui
tertij folijs à Dioscoride descriptis apparet; eodemq modo in agallochi de-
scriptione textus depravatio suspicatur dum Dioscorid. maculatum
esse inquit, qui textus à Matthiolo ex Oribasio à quo nulla fit ma-
cularum mentio emendatur.

Errores in plantis facultatum ratione contingentes inuestigantur Cap. ~~xx~~ xii

Postremo errores in plantis facultatum ratione contingentes co
siderare oportet, quos triplici ex causa euenire posse dixim
nempe ratione plantarum, secundo ratione corporis subie
ti. Vltimo ratione affectuum preter naturam, quibus planta
destinantur. omissisq postremis tamquam nostro proposito minu
oportunis, de deceptione eueniente ratione facultatum pla
tae tantum uerba faciemus, quae erit cum planta quem pr
cetur effectum non prestiterit, quod pluribus ex causis euen
potest. primo si debita plantae quantitas non ponatur, sed a
plior, aut parcior debito, vel si conueniens fuerit quantita
non autem perseueranter adhibita, ut si permultos dies esse
propinanda, aut diutius loco admouenda semel tantum fuer
accepta, uel per modicum spatium loco haeserit. Secundo
si planta sola exibeatur, quae cum alijs admisceri oporte
bat, quae eius vim uel retunderent, uel augerent, uel id, quod
erat impedimento, ut facultas ad actum exiret remouerent
Tertio si debitam non habeat preparationem, quae est in al
tione, torrefactione, Vstione, trituratione, maceratione
alijsq multis. Quarto ob malum delectum, videlicet cum
planta, seu eius pars est incompleta, et immatura, aut
nimia maturitate exoleta, uel quia non ex ea regione
in qua viribus pollet, sit accepta, aut ex conuenienti lo
aut oportuno tempore lecta; uel si illa plantae parte, qu
vsui medico non deseruit quisque utatur, ut si vis sit in f
lijs, et radix, uel flos, aut semen sumatur. Quinto cum no
debita ratione exibetur, ut si quod exterius est admouend

intro

intro sumatur; nempe si deuoretur quod per sedem, aliarumue corporis
partes est immittendum, et è conuerso: derelictisq; breuitatis causa
alijs causarum modis, quibus plantarum ratione deceptis in illam
cognitione contingere potest, de quarto modo tantum, qui est ob:
malum delectum breuiter trattabitur. Plantarum itaq; delectus
duplex est, vnus, qui fit per vniuersales regulas, quæ cunctis
plantis accommodari possunt; alter qui fit per particulares, quæ
quibusdam tantum conueniunt. Vtrunq; Dioscor. nos docuit;
nam regulas in vnaquaque planta seruandas ijs plantarum
capitibus, in quibus opus fuit, adnotauit. Vniuersales uero regu:
las veluti separatam tractationem expostulantes in sui li:
bri prefatione quam breuissime perstrinxit. Plantarum nemq;
delectus uel est ratione temporis colligendi, uel ratione regio:
nis, loci ue, uel ratione particularium locorum, in quibus col:
liguntur. Tempus ad tria referri potest, nempe ad aëris con:
stitutionem, ad ætatem plantæ dum colligitur, et ad eandem
uetustatem postquam lecta est. Aëris constitutionem obseruan:
ation: dam his uerbis suadet Dioscorides. Serena igitur Cœli constitu:
edium tione demetenda sunt, magni siquidem refert inter colligendũ
si uel squallores, uel imbres infesti sunt. Ætatem vero planta
rum considerari oportere idem his verbis ostendit. Verum
inprimis curam impendere oportet, ut suis temporibus singu:
la demetantur, et recondantur, certe pro horum ratione medi:
camenta aut ualent viribus, aut euanida sunt, nulloq; munere
funguntur. Ac paulo post inquit plerunq; degenerant, ac minus
viribus ualent, multoq; magis si non suo tempore, nec oportune
colligantur, aut si per imbecillitatem inualuerint. et propter pre;

Low valley.

fationis finem subdit quæ uero fruticosa sunt sicuti stheca trissago, polium, abrotanum, seriphium, absinthium, hysopum et alia id genus semine prægnantia demetantur: flores q que antequam sponte sua decidant: fructus autem ut maturi carpantur necesse est: et semina ubi siccari cœperint qu quam defluant: herbarum succus, et foliorum elici debet germinantibus tum primum cauliculis: lac, et lachrymæ excipiantur inciso per summum adolescentiæ vigorem cau le: radices, et liquamenta, corticesque ut recondantur ex mere conuenit cum herbæ suis folijs exuuntur; hæc Dioscor qui de tempore, ut ad simplicium vetustatem refertur post eor lectionem inquit; scire etiamnunc conuenit sola ex herbaceis medicaminibus veratri genera; nigrum inquam, et candidum multis edurare annis, reliqua vero in trimatu inutilia et in hoc vereantur aliqui. A loco et regione simplicium delect sumi his verbis exprimit magni siquidem refert si loca in quibus prodeunt cliuosa, et ventis exposita sunt, et perfl ta, frigidaque, et aquis carentia; in his enim locis vires lon ge validiores intelliguntur, contra quæ in campestribus, e quis, et opacis, cæterisque locis à vento silentibus nascuntu plerumque degenerant, et minus viribus valent. De locis par cularibus pro plantarum delectu, ac de varietate, quæ horum ratione contingere potest satis supra dictum est: quantum simplicium medicamentorum delectus pro deceptione cu tanda conferat quisque apud Galenum inspicere potest. 1° de an tidotis cap. 13, et cap. 12, et libro de theriaca ad Pison. ei ad scrip cap. 12° et 1° de med.tis sim. fac. cap. 2°, et 7 de med. per gñra 4, et 9° eiusdem cap. 2°.

Refellitur.

Refellitur opinio dicentium inutile, et maleficiorum esse tractare de plantis, eorumque dubia soluuntur. Cap. XIII

His igitur ea, qua potuit breuitate prelibatis, obiectionibus respondetur. Et quo ad primam, in qua dicant descriptiones esse fallaces: quamplures namque plantae à priscis descriptae, nostris si conferantur esse dissimiles, nostrasque plantas priscorum delineationibus non accomodari. Et si ex dictis satis responsum sit, dicimus ulterius, quod in dignoscendis plantis ex authorum descriptionibus oportet fieri chorum omnium notarum, quas Dioscorides, caeterique authores plantis assignant, verum hac lege, ut siquae non adsint, uel si adsint, mutationem tamen aliquam susceperint diligentius consideremus, sit ne hoc per se in plantis, an ex accidente aliquo, cumque sciamus locum aliasque prenarratas causas posse plantae faciem imutare; cum si harum ratione quicquam à naturali forma recedat, uel deficiat, uel superaddatur, ut si sapor, uel odor, asperitas, lenitas, quantitas, maior, uel minor, aut flos, uel caulis, uel semen, uel id genus aliquod non existat in planta aliqua, cui adesse deberet, caetera tamen signa ad unum conueniant nihil nos mouere debet, quin ipsam esse pronuntiemus. Dicebant secundo nostrarum plantarum facultates esse inefficaces, atque eiusdem, et usum, quem ex antiquorum descriptionibus promittunt non prestare. At quia nihil aeque perfecte, ac certo veras plantas nobis demonstrat quam earum effectus, facultatesque, quares nostras plantas diuersas esse ab his, quas prisci descripsere concludunt: huic obiectioni sic satisfacimus, etsi plantarum notae potissimo

à Viribus, ac usu sumuntur, attamen quia hæc multifaria
(ut dictum) variari possunt, diligenter propterea num per se
et ex propria natura, an per accidens id contingat perscruta
oportet: nam si ex aliqua prænarratarum causarum pla
tæ facultates mutentur, hoc erit per accidens, et aliæ notæ
non repugnabunt, et plantarum diversitas revera non erit.
At si ob nullam harum causarum plantæ facultas mutabitu
ceteræ notæ adversabuntur, et plantæ penitus diversæ erunt:
quare non temere in plantarum facultatibus investigandis
1 de comp. med. per gen. cap. 4 examen est faciendum, ut perbelle nos docet Galenus sub his
verbis; accedit huc, quod ipsa simplicia medicamenta non pa
us divariant discrimine. At ego cum in præstantissimis vi
tutem pro unaquaque specie, ac genere ostenderim. Si quis in
deterrimo per experientiam examinationem moliatur, exami
nabit quidem falso non autem facultatis eorum ordinem
3 de comp. med. per gen. cap. 2 distinxerit; idque latius alibi admonet: [illegible] facto ergo dili
genti examine in absinthio, centaureo minori, smyrnio, et
alijs prænarratis herbis, si qua reperitur mutatio delinea
tioni repugnans, ea est ex accidente quopiam ex aliqua pr
narratarum causarum genito, pariterque de illarum facul
tatibus asserendum: obiectionibus vero quas de plantis nov
orbis afferunt sic respondetur, etsi plantarum delineati
difficilis sit, plantarum namque aptas similitudines invenir
re adeo laboriosum est, ut semper aliquid in cunctis delineati
nibus desideretur: Nos tamen venandarum delineationu
regulis inhærendo Dioscoridem insequentes pro viribus plan
tas, aliaque simplicia in hoc opere contenta delineare, ac de
scribere conati sumus. Ei autem quod observandum est, nemp

nonnulla

nonnullas plantas noui orbis indigenas in hyspanicas has regio:
nes translatas abijsse, paulumq; temporis permansisse; dicimus
id euenisse uel delectus culpa, uel cultus; delectus quia elege:
runt plantas, seu earum semina orteum ducentia in regio:
nibus, et particularibus illius regionis locis nullam confor:
mitatem cum hisce regionibus, et locis hyspanicis habentibus
et forsan penitus dissentientibus. Cultus vero culpa quia et si
possent eligi regiones, et particularia loca illis congruentia
id neglexerunt, ac illa aduersantibus regionibus, et locis seru=
erunt, plantaueruntq́; quantum enim quidam loci quibusdam
plantis peculiares sint, quantumue plantæ ex regionum
et particularium locorum repugnantia variari possint
satis supra explicatum est. Ei vero, quod opponitur ob plan:
tarum facultatum magnam mutationem, vimumq́ inefficaciam
obseruatam in plantis è nouo orbe in hyspanicas
has regiones trāslatis respondere potest, quod inter cæ:
teras causas plantarum vires mutantes supranarratas
id euenire potuisse ratione mali delectus, quia plantis
uel incompletis, uel nimia maturitate excoletis quis vsus
fuerit, uel quia vnam plantæ partem pro alia sumpserit,
uel quia plantas in non debita regione, eiusue particula
ri conuenienti loco satas expertus sit. Et si quis insta:
bit vlterius dicens supra nos Hyppocratis, et Galeni autho:
ritatibus innixos asseruisse regionis, ac loci ratione in
plantis quamplurimas, adeoq́ magnas fieri mutationes, ut
et stirpium indagatoribus, ac medicis, philosophisq́ ma:
ximum facesserint negotium, eoq́ magis, quia in plantis

veluti et in quamplurimis alijs duplicem reperiri naturam, un
specificam, et innatam, alteram aduentitiam, et ex consue
4 de caūs plant. cap. 12 tudine contractam scriptum reliquit Theophrastus sub
his uerbis tratum triticum etiam in meliora transla
nihilo maturius germinare, propterea quod e natalibu
aduentitiam naturam adiunxerit speciei. Idem alib
2 de caūs cap. 7 confirmat Androsthenis authoritate, ubi ait in Tylo
insula rubri maris aquas salsas fluentes plus quam
coelestes iuuare tam arbores quam omne genus plan
tarum: et hinc agricolas loci illius statim post imbres
riuis huiusmodi ablüere sata solere consuetudinem
esse causam dixerim, haec enim veluti natura facta
in illis est, haec Theophrastus. Quantum enim con
suetudo possit scriptum reliquit Galenus latius libro
cap. 2 de consuetudine dicens consuetudinem esse signum, et
causam naturalis familiaritatis ob causas ibi traditas
latius: ex quibus concludi potest plantas noui Orbis in re
gionibus, et particularibus regionum locis ultra specificam
innatam ue naturam, aduentitiam aliam ex natalium co
suetudine contraxisse, hancq hyspanicas has regiones,
et loca tanquam aduersarias respuere consendum est: hi
tamen ut satisfiat scire licet etsi ex natalium mu
tatione quamplures, ac magnae in plantis varietates
fiant, raro tamen contingit fieri in specifica, et in
nata natura, ac plantas in alias diuersas degenerar

nisi sem

nisi seminis vitio: idq; erit vel eius vetustate teste Varrone
asserente ex veteri brassicae semine sato rapas nasci, et
è contra: vel eius substantiae imperfectione, ut puta si se-
men fuerit rugosum, imperfectum, ac semiputridum, veluti
de tritici, ordeive granis, alijsve multis ex patris observa-
tione narrat Galenus: vel ob alias causas a Theophra-
sto traditas: quod vero ad adventitiam naturam ex natali-
um consuetudine contractam dicimus, quod inter caeteras
causas, quibus coactus fui inter tot mille plantas novi
orbis indigenas, has tantum in hoc opere contentas
eligere, haec fuit praecipua, nempe delectus plantarum
in regionibus, et locis novi orbis ortum ducentium con-
venientiam habentibus cum nonnullis regionibus, et
locis Europae, praesertim Hyspaniae: quapropter in cunc-
tarum plantarum descriptione regionem, et particu-
larem regionis locum adnotare curavimus: dubioq'
procul si erit seminum delectus, ut decet, ac regioni-
bus, locisq; convenientibus tempestive serantur, et
decens cultus adhibeatur, erit plantarum habentium
cuncta in descriptione contenta, ac viribus, et usu pol-
lentium optimus proventus: Cumq; dicunt investigatio-
nem plantarum esse difficilem fateor; descriptiones
vero esse fallaces renuo; nam si plantae ex genimen-
to, et ratione investigentur, et descriptionis methodo
prosequantur, deceptiones evitabuntur, et descriptiones
nequaquam fallent. At si casu, et fortuna plantarum

cognitio inquiratur, sic non res ipsas, sed rerum umbras
adipiscentur. iuxta illud Platonis in Philebo dicentis
sicut mechanici perpendiculo quodam utuntur ad
dirigendos parietes; ita, et nos methodo quadam
uti debemus ad quemuis actum necessarium conti-
nuendum; Subdit Siquis enim scientiis nomine
insignitur, et methodo caret omnia casu, et fortu-
na operatur, neque res ipsas, sed rerum umbras
prosequitur. Plantarum igitur inuestigatio magna
diligentia, ualido labore, et summo studio est trac-
tanda; et ita nulla continget deceptio, sed perfecta
earum acquiretur cognitio, qua nihil in arte medica
exercenda utilius. Et de his hactenus.

Libri primi sectio prima De Aromatibus

De coapatli quam etiam Tlamacazqui
pan uocant Caput Primum +

Coapatlis ab alijs Tlamacazquipan nuncupata, her
ba est folia mali persici similia ferens, sed ali
quanto ampliora, primo statim exortu hinc inde cauli
adhirescentia antica, postica uero parte medium di
mittentia; caules teretes, et rotundos; flores coman
tes, paruos, in summo e luteo candicantes; Radix
fibrata est, muscum redolens, amara, et glutinosa
acrimoniaeque particeps, calidaque et sicca quarto ferè
ordine constat natura; ~~[illegible]~~ tyauhtepeci, quare
febrium frigora tollit, flatum discutit, ossa consoli
dat, urinam euocat, crassos, et lentos humores attenuat,
et dolores quos uis a frigore ducentes originem placat:
ius decocti dicitur euacuando curare dyssenterias: cor
tex uero radicis typos quartanos, Idem semiunciae pondi ..
re deuoratus per nouem dies continuos dolores e lue,
indica ortos curare fertur; praecipue si duplum ponderis
totidem diebus infundatur; prima namque die aiunt euacua
re omnes humores, reliquis non adeo: plurimumque corrobo
rare atque ita demum mederi exquisitissime morbo:

De coapatli Teoitztla Cap. 2m +

Coapatlis Teoitztla quam alij yztac coapatlin uocant,
herba est limonij mali folia habens, cuius caulis teres
et fuscus squalensque est flos uero luteus, Radix fibrata
Teoitztla prouenit unde cognomen est impositum: Cortex
radicis trium drachmarum pondere deuoratus quartanarum
horrores tollit, et aliarum febrium frigora ~~et~~ horrores; Ius
uero decocti eius infusum lenit membrorum dolorem

Sapit oleetque muscum: acris est calidaque, et sicca temperie ordine fere quarto, et subtilium partium, urit enim, ac guttur lancinat:

De Iexaxapotla seu Ptarmica indica Cap. 3 +

Iexaxapotla seu lapidum perforatrix quam alij Izonpilihuitzpatlimis seu sternutamentum mouentem uocant, herba est folia lini exilia ferens, caules tenues serpentes per terram purpureos, et flores multos pallentes: radicemque tenuem: oletque tota planta mala medica mirum in modum, sapitque: acris est, nascitur calidis quauhnahuacensibus, tlaquiltenalcensibus, et in agro hoaxtepecensi adherens saxibus,: calidaque et sicca ordine fere quarto, subtiliumque partium quare admota naribus inspiratoque eius uapore medetur grauedini, et capitis dolori ciendo sternutamenta et euocata pituita per os, oculos, atque nares,: mirum est in hac herba (quod nos sumus sepius experti) confricato ea madente lapide uel quinque uncias crasso admotisque auersa parti naribus ita percipi odorem, ac si naribus ipsis herbulam admouisses; tanta enim est naturæ uis: ut exiles herbulæ durissima crassaque saxa ac fere mollia, et nulla penetrent; eadem usa illataque ante quartanæ febris accessionem eam curat; utero confert, menstrua euocat, urinam ciet, reserat obstructa, infrigidata calefacit, sudores elicit, dolores mitigat, uentriculum, cor, et caput deuorata uel applicata firmat: hydropem curat, medeturque impetigini, et scabiei, nec tineæ parcit confricata:

De xochinacaztli seu flore auriculae Cap. 4.^m

Xochinacaztlis seu flos auriculae. Arbor longis et angustis
folijs uiron saturato tinctis, et c pediculo uelut marcido
propendentibus in inferiora; flores in folia diuisos interna
parte purpurascentia externa herbacea auricularum
pene forma, iucundo odore, nascitur in calidis regionibus,
nec quicquam est frequentius in indorum emporijs
reperire, aut maiori habitum in precio; [illegible] flos:
celeberrime potioni graciam summam concilians, suauemque
odorem, et saporem, et salubrem quamdam naturam
potioni cacautl addens: calidi ordinis quarto incipienta
est temperici, sicce fere tertio: ex aqua namque deuo
ratus flatum dicitur discutere pituitam extenuare
uentriculumque frigentem aut debilem atque etiam cor
calefacere, et stabilire.

De xocoxochitl seu piperi Tauasci cap. 5.^m +

Xocoxochitl seu flos acidus uocata. Arbor est magna
mali medicae folijs, floribus coccineis mali punicae.
mali medicae, folijs, floribus coccineis mali punicae.
forma, sed odore florum mali medicae, atque adeo iu
cundiori, quod etiam folia ipsa imbuunt: fructu orbicu
lari acinoso, racematim dependente primo uiridi, mox
fuluo, ac tandem in nigrum colorem inclinante: acri, odo
ratoque: et ordine tertio sicco atque calido; piperis uicem sup
plereque potest, et pro carpobalsamo, aut carpesio substitui:
roborat cor, uentriculumque, utero confert, flatum dissipat,
obstructiones aperit, urinam et menses euocat, frigus
pellit, colicis, et iliacis opitulatur: uenerem excitat,
crassos, et lentos humores incidit, et concoquit quin
additis colopatli, coapatli, tzitzicaztli, et ololiuhqui,

et applicata dorso, ex resina, fluxiones alui cohercet, appe
tentiam excitat, iliacis confert, frigoriq; et aneurismati
medetur,: Nascitur apud copitlanenses

De Acocotli quauhnahuacensi, et Tepoztlanensi Cap. 6.m +

Planta quam Acocotlin quauhnahuacenses uocant et chi
chicpatlim tepoztlanenses appellant, herba est folia
ferens nardi montani folijs similia, in quina tamen diui
sa foliola, quorum aliqua sunt sinuosa: in extremis uero
caulibus qui dodrantales tenues ac teretes sunt, stellatos
flores, e pallido rubrescentes, radices binas glandibus pa
res, in totidem fibras desinentes, fuscas desuper, interius
secus uero candentes, hec ad species ligustici uidetur
spectare: nascitur in montibus quauhnahuacensibus: Ra
dix gustu odorata, amara, et acris est: calefacit, et exic
cat ordine tertio; eadem ualet unius pondere deuorata
alui dolorem sublevat, flatum discutit, urinam euocat,
sudorem ciet, frigus pellit, uentriculum ob frigus imbec
cillem confirmat, colica aduersatur, obstructa reserat,
et tumores admota dissipat:

De Acuiyo seu ocixochitl seu omiquilitl Cap. 7.m

Acuoyo quam ocixochitl seu omiquilitl appellant, Herba
est, folia ari, mollia, minoraq; producens: caules uero
feniculaceos, quatuor cubitos magna ex parte longos,
uirore interdum diluto, interdum uero exaturatiore
tintos: pollice crassos, ac per internalla geniculis

interceptos; ac fibratam radicem: caules condiuntur ac in nonnullos usus seruantur; crudi quoq; edules sunt, gratoq; odore, ac sapore constant; prouenit calidis regionibus iuxta aquarum riuos, qualis est quauhtepecensis: calida et sicca ordine fere tertio predita est natura, estq; tenuium partium: quare ius decocti foliorum infusum, aut epotum flatum, aut ab eo creatos dolores lenit; pellit frigus, obstructiones reserat, uiscera infrigidata calefacit, euocat urinam, renes, ac uessicam emundat, expurgat uterum, uenerem excitat, ac trahit menses, lentos crudosq; humores attenuat, ac concoquit; sudorem elicit corpusq; uniuersum perspirabile reddit:

De Apoyomatli seu phatzisiranda: Cap. 8[m]

Apoyomatlis quem alij uocant phatzisiranda folia fert porracea, longiora tamen, et exiliora cyperi squinanthiue similia: ad quorum species uidetur pertinere; caules iunci instar medulla refertos, geniculatos, sesquiulmam longos: florem paruum, et angustum, radicem longam, et tenuem tuberculis rotundis per interualla nodatam capillatamq: radices uocant aliqui diue helene precarios globulos, odorata est hec planta, et acris calida et sicca ordine tertio, et quarum circiter, attingens, non sine quadam adstringentia, et resinato sapore; prouenit tacambari et tepocua culti iuxta riuos et aquosa: Pectoris dolorem tusa ac deuorata sedat

imposita vero dyssenteriam compescit, et ventriculum cere-
brumq; ac cor roborat et utero confert.

De Atepocapatli cap: 9.um

Atepocapatlis herba folia producit amigdali folijs similia, aspera, caules duas spithamas longos, tenues, teretes, ac purpureos, flores pallidos promiscue coccineosq;, radicem transuersam, e qua aliæ multæ prodeunt, asphodeli rapunculis similes, quæ gustatæ resinam sapiunt, et glutinosæ non sine quadam amaritudine sentiuntur, preterq odore, et suaues: temperatis exultat regionibus, montosis, aut campestribus locis nasci gaudens: septembri floret: radices vero quarum est usus in medicina vellantur a nouembri usq ad Januarium, et in uniuersum annum recondantur: calidæ et siccæ ordine ferè tertio, sunt temperie: atq ita sex obolorum mensura ex aqua uoratæ ventriculum renesq frigida intemperie laborantes restituunt, atq confirmant, medenturq sterilitati ab eadem causa obortæ: sunt ex indis medicis qui asserant decoctæ radicis ius aquæ fontanæ aut fluuialis loco bibitum extinguere febres, quod non videtur rationi consentaneum, ni febrium intermittentium frigora rigoresue ita finiri velint, aut alicunde evacuata causa febres cessare, et si negare non possim frigidas etiam partes in planta latere, quarum ope id possit aliquando evenire

De Caryophillo Cap X.m

Arbor est ramosa cariophillus, lauro forma, magnitudine, folijsq persimilis, sed angustioribus et copiosis,

floribus oblongis, et clavorum instar, sed capitulis trifidis, primo candidis, mox viridibus, deinde rubescentibus, ac tandem in nigrum inclinantibus colorem, et in caryophyllos ipsos euadentibus: Nascitur Maluccis ubi fructum fert cum reliquis in locis sit sterilis; Vires cum non sunt formam tantum exprimendam curavimus non adeo per spectam omnibus ex ramo ornato floribus ad nos ex Maluccis allato: et si non desunt qui dicant Caryophyllum nihil aliud esse quam rudimentum fructus, quemadmodum in malis, ac piris videre est, floremq. producere quaternis folijs costantem, et fructum huic rudimento insidere multis fibris plenum, velut myrthi flos:

De cassia lignea cinnamomo seu cannella Cap: XI.^{m}+

Ne diceris Arbor est cassia lignea folijs laurinis, citrinum formam referentibus, frequentiburq; ac ternis nerveis discursibus secundum longitudinem procedentibus: fructu nigro, et candente flore, folia corticis ipsius saporem referunt, sed minus acrem, et celerius elanguescentem: ternis quibusq; mensibus arborem delibrant, corrasa prius cuticula, quae amara est, cortex ipse recens adeo lubricus sentitur, atq. glutinosus, ut mansus dentibus adhereat, ac diutiq. ferventis eadem in salivosam quandam convertat naturam: postea vero qua cernitur substantia constat: de qua in tanta luce nihil adendum putaui, preter q̃ experimento esse iam notum, cassiam, cinamomum, et canellam ex eadem perpetuo arbore, non ex diversis quicquid antiquiores herbarij tradiderint esse propagata

uarijs nominibus nuncupari, ob ingens namq, precium maioremq hominum ~~boni~~ lucri cupiditatem adulterabantur aromata, et ob hoc tam etsi plerumque eiusdem essent generis diuersa illis indebantur nomina, In Mindanai insula Philippica unde ramum magnum accepi, et alijs Indiae orientalis partibus copiose prouenit:

De coapatli quauhnacensi Cap. xii.^m +

Coapatlis herba est folia ferens oblonga, aspera, et firma; caules leues, teretes, et purpureos ac sex spithamas longos, flores in summis caulibus albos, pilosos et orbiculares; radix fibrata est, Nascitur in calidis Radix est acris, amara, et impense odora, calidaq, et sicca ordine tertio, et subtilium partium: eadem semiunciae fere pondere deuorata ex aqua flatus discutit, tormina sedat, perfrigerationi medetur, sudores euocat, et urinam: medetur egregie colicis.

De curutzeti Cap: xiii.^m

Curutzeti uocata planta a Michuacanensibus, ab alijs Aphatzipuntzumati, aut Aphatzisirangua, nos uero assarum michuacanicum dicimus, seu hederum oculum ob foliorum figuram, et prolixarum radicum impense suauem odorem, herba est folia ferens tenuia, mediocria et uitigineis proxima, sinuosa, serrataq, superne uirentia, ac squallentia inferne, caules cubitales, leues, lentos, teretes, ac graciles, flores luteos exiles, et comantes unde generatur semen fuscum et quam minimum: Radices multas, tenuesq, et fibris

similes, ellebori albi instar, Nascitur in frigidis ac montosis provinciae Michuacanensis. Radix sola in medicamenta venit, quae acri constat sapore, et suavissimo mosci odore, calida est, et sicca ordine tertio, et partium tenuium: pulvis eius ex aqua, vino, buglossi aut mellitophilli succo, aut stillatitia aqua devoratus sex obolorum pondere iliacos dolores sanat, corroborat ventriculum, calefacit, ac frigore imbecillem confirmat, coctionem procurat, visicerum temperiem frigidam tollit, satietati medetur, obstructiones aperit, et quicquid renum, vesicaeque obstruit meatus emundat, menstrua urinamque provocat, utero confert, venenatis potionibus adversatur, flatum discutit, ac vires restaurat, Jus decocti succusque idem praestat, nec non pulvis addito melle, aut sacharo in confectiones quas lenitiva vocant conformatur; quin radix huius herbae adiuncta cacanacae, c quis ponderibus dragmae unius, humores crassos, et lentos evacuat: flatum generantes et gallicam luem efficientes: dignissima haec planta est ob iucundissimum radicum odorem, quem cumprimum naribus admoventur spirant, ut transferantur ad hyspanos, et ad reliquas orbis plagas paululum gelidiores, aiunt indigenae febribus magnopere adversari, quod evenire poterit aut rigoribus sedatis, aut pulsis aliqua parte humoribus, Sunt qui Azi phatsiti, et Azipeti vocent.

De Hoitzil oxitl Ancthina seu Arbore resinam manante Cap. XIIII

Arbor est Hoitzil oxitl mediocris, liquidambaris plantae par, stipitem edit levem, rectum, extra exaturato

uirore tinctum, intra uero candentem; folia serrata, acuminata, oblonga, et ocimini quadantenus similia, flores pallidos, e candido in luteum colorem uergentes: gustu arbor hec, atq etiam odore quauis sui parte mire refere anethum, eiusq effectus prestat, uerum efficaciores, non sine quadam adstringentia; Nascitur in calidis regionibus quauhnacensibus, et ubicumq ligni frustum infodiatur agit statim radices; Calida enim et sicca prope ordinem tertium uidetur natura: folia usta illicoq frigora febrium arcent; Ius decocti corticum urinam, et sudorem euocat, obstructa aperit; quartanam curat, trahit menses, cor roborat, tumores preter naturam discutit, medetur satietati, firmat uentriculum, et uapor decocti scorpionum ictibus medetur: ac gummi odoratum fundit; Diuersa autem est hec arbor ab ea que foeniculum resipit, apudq floridam nascitur regionem; et iam apud hispanos sub nomine sassafras circumfertur: que tametsi adhuc reperire apud nouos hispanos non potuerim, audiamq apud michuacanenses prouenire, ex ramo tamen ad nos a floridis allato et descripsimus, et curauimus depingendam, ut latius habetur suo capite inter arbores inferius posito.

De Tlilxochitl seu flore nigro cap: XV.

Volubilis herba est Tlilxochitl, folijs plantaginis predita, sed pinguioribus, et longioribus uiroreq infecto saturato, singulis ex utraq parte caulis alternatim exorientibus; ac siliquis longis, angustis

et pene teretibus olentibus muscum, aut balsamum indigenum
nigrisq; unde nomen,: calidis regionibus prouenit humenti
busq;: Arbores amplectitur et predictas siliquas uerno tem
pore profert; calide he sunt ordine tertio, addiq; solite
cacaoati et mecaxochitl siliquae bine ex aqua resolute
et potate urinam cient, menstrua euocant, cum meca
xochitl partum accelerant, ac secundas mortuumq; fetum
trahunt, uentriculum calefaciunt, et roborant, flatum
discutiunt, humores crudos concoquunt, atq; attenuant, ce
rebro uim addunt et utero auxiliantur, aduersus ue
nena frigida gelidosq; uenenatorum ictus eedem si
lique dicuntur esse remedio:

De Axixtlacotl seu uirga diuretica Cap XVI^m

Axixtlacotl quam alij quapopoltzin, Alij uero yztac
xihuitl uocant, folia anguste similia fert, minora
tamen, serrata, mollia, exilia, hirsuta, et interuenijs
secundum longitudinem procedentibus insignita; Caules
tenues, teretes, et purpureos, et radice fibrata elleboro
albo proxima mittit; Flores per uniuersos fere ramos
exiles, ex albo pallescentes, et ueluti coaceruatos, odoros,
acrisq; saporis; Radix cuius est precipuus usus gustu est
odora, tenuium partium, calidaq; et sicca secundo ordi
ne temperiei; prouenit apud mexicenses, montosis, sa
xosisq; locis: Radices tusa et applicatae infixa ex
trahunt, pota uero trium dragmarum pondere urinam

mire euocant, eiusq extergunt meatus, colico affectu
laborantibus succurrunt, faciei maculas emendant,
scabiem capitum puerorum, et uniuersi quoq corporis
curant, febres euocato sudore finiunt, minuunt
splenem, dolores sedant, flatum cum coltotl et
chichic xihuitl discutiunt, salietati medentur, hy
dropicisq: ac dissipant preter naturam tumores: et
quamquam hec ita se habeant ab euocanda urina so
lum nomen imposuere, aut quia ea est precipua aut
precellentior eius dos, aut quia quidam ex indis
medicis qui unam tantum, aut alteram facultatem
singularum herbarum sibi cognitarum norunt aut
eam per manus traditam ueluti hereditario iure a
maioribus, adeoq a parentibus ipsis etiam medicus ac
ceperunt, urinae solummodo ciendi ferebant auxiliari,
quod et nomini ipso expressere,: quae omnia de reliquis
etiam plantis simul dicta esse uolo:

De Huitzxochitl Cap XVII

Arbuscula est Huitzxochitl comata, folia ferens myr
thi longe maiora, sed rigidos, nocuosq mucrones prese
ferentia: florem coccineum, orbicularem et modicum,
quem indi filo transfossum in suis emporijs globulorum
precatoriorum more uendicare solent. huius est pre
cipuus usus tum in medicamentis, tum in condimentis:
prouenit uero cuixci et toto tepeci, calidis quibusq
locis, apud quos cortex ligni curat a gallica lue
ortas eruptiones, leuigatus et inspersus; Nuclei fructus
resoluti ex aqua, et naribus instillati dolorem

capitis leuant, et dentibus applicati eorum quoque leniunt
dolorem. flos enim calidus est et siccus ordine secundo cum
insigni quadam adstringentia, initio dulcedinem quandam
presefferens, et tandem ostendens amaritudinem; uterinis
subuenit affectibus, cor roborat, et croci vicem dementis pa
randis, dapibusque praestat vicem; exiberi autem solet pro
dictorum usuum gratia, vis decocta florum bibendum, aut
infundendum: sunt qui xochipalem, alij neuhxochitl
et quidam hoatzinxochitl vocant

De chichicpatli Cap: xviii

Herba est chichicpatlis ab alijs Iechichic uocata folia ca
medrios ferens aspera, et laceros flores circa postremos
caulis terniernatos, et calliculis oblongis contectos: caules
quaternas fere longos spithamas, ac radicem surculosam.
folia odora sunt, et amari saporis; Radix amaritudinis
fere expers, odora, et acris, calida siccaque natura, et tenuiu
partium: prouenit yztoluca inter sata: Egregium est me
dicamentum ab indigenis habitum maxime: nam appeten
tiam deiectam radices excitant: folia trita pugilli mensura
atque ex aqua dinorata tumores discutiunt, maturant uel
dolorem alij leniunt, frigori obsistunt, flatus discutiunt,
scabiem capitis curant, et pediculos necant:

De Hueicuro Cap: xviiii

Herba est Hueicuro folia habens saluiae proxima, serrata
inferne subalbescentia, et circa exortum latiora, pedi
culis appensa prolixis: flores promiscue cyaneos atque

cucuitzos, radix tenuis est et longa, odor saporq est italicæ nardi quam alij lauandulam uocant: calida et sicca est temperiei, medetur dolori uentriculi, et alui, bilimq ac pituitam uomitu pellit, si cocta aut calens apponatur uentriculo, idemq auxilium altera die repetatur; nascitur in iugis et temperatis monti bus prouinciæ Michuacanensis

De yoloxochitl cap: XX

Arbor est magna yoloxochitl folijs mali medicæ du plo tamen longioribus; umbilico ac flore cordis figura multis folijs stipato candidis, intrinsecus rubescenti bus pinguibus, lenibus, tenacibus, glutinosis, adstringen tibusq, et suauiter odoratis: nascitur temperatis regio nibus qualis est Mexicana, campestribus, atq humidis locis; possetq quantum coniectura assequi ualeo in hor tos philippicos seu carpentanos, seu hispalenses trans ferri. floris folia calidæ sunt et siccæ temperiei, quæ adduntur decoctis, aut ipsi potioni cacaoatl non sine cordis, et uentriculi corroboratione, atq adstrictione fluentis alui (si opus est) eximia: uel decocti cordis eius me caxochitl, mexochitl xochinacaztli, tlilxochitl, et colopatlis, cum cando tlacuatzin uecro infusum eximium est sterilitatis remedium; habetur ab indi genis maximo precio tum ob medicos usus, tum ob flo ris eius aspectum et odoris præstantiam.

De yztactlacocotic seu herba candida
sudi simili cap. xxi.

Herba est yztactlacocotic quatuor dodrantis longa, folia producens oblonga, asperaq: flores candentes, et paruos, contectos calicibus; radicem surculosam, cuius cortices fusci sunt; Planta hec habetur maximi atlaco tepecensibus apud quos nascitur. Radix calida est et sicca, odora, resinosa, et subtilium partium, temperieq. illius amamaxtlacotl que fundit sanguinem, Radix tusa, et trium dragmarum pondere deuorata miro sedat dolores.

De Çaçalic tlacopatli seu sudis glutinosa medicina Cap. xxii

Çaçalic tlacopatlis ab alijs tlacoçaçalic Izontzolo lone et a quibusdam apitzalpatli afluxo co hercenco sic dicta, ab alijs vero hoeliepatli et quahuic xihuitl anostris vero cinamomum ob radicis huius planta cinamomum saporem, resinosum, et odoratum; Nullum enim horum nominum perserantiae docet, aut ignorare ne nominum et linguarum diuersitas nobis pariat caliginem, Planta hec uolubilis herba est, folia ferens cordis figura, multis distincta interuenijs. magis acuminata, et prolixiora glutinosa quadantenus, et saliuosam naturam participantia unde factum est huic plantae nomen,: caules teretes sunt, folijs referti. radix lutea raphano similis, digitum minimum crassa, non omnino fibris carens, ~~[illegible]~~ iucundi saporis, resinosi, et odorati. Nascitur in

calidis qualis est ager huaxtepecensis, et huacnahua=
cacensis, calida eni et sicca temperie constat: Hec
semiuncie pondere deuorata urinam egregie euocat,
et quartanam curat ante horrorem sumpta, hydro=
picis medetur, dolorem uentriculi tollit, uterum redu=
cit et conuulsionem enixa curat, si ex uino suma=
tur: elicit et strenue sudor, ac inflammationibus
oculorum opitulatur; uerum cum calida sit, id
non aliter euenire putandum est quam discussis
humoribus.

De Iozontolli seu Junco capillato cap. xxiii

Izontollin junci rotundi et odorati species est, et for=
tassis ad schinanthum Dioscoridis pertinens radices
fundit capillatas, et ex his caules rotundos, lenes,
et cauos, et in cacumine capitula lutea, et oblonga,
radices dulces sunt, adstringentes, et odoratae:
tussi opitulatur, urinam euocat, uentriculum cor,
et caput roborat, membra debilia firmat, uterinis
auxiliatur affectibus, laxam aluum adstringit, et
fluxus cohibet: Nascitur nexapi prouincia colotona=
capensis montosis, ac campestribus locis, pinguibus
tamen, atq humentibus.

De Iomahuac tlacopatli xxiiii

Iomahuac tlacopatlis ab aliis tolletoma huac tlaco=
patlis dicta, Herba est uolubilis folia ferens

cordis figura, similia illis caçalictlacopatlis ad cuius species uidetur referenda, sed maiora, et tenuiora: caules [illegible] nues, prolixos geniculatos, et purpureos; purpureosque flores: radicem longam crassam, et pallidam; fructum uero crassiusculum cucurbitis striatis ac pentagonis quadantenus similem, refertum semine; ~~Radix~~ Nascitur in montosis ac calidis locis qualis est tlachmalacacensis et Ituax tepecensis: Radix est nonnihil amara calens ordine fere tertio, odora gustu adstringenti, et resinosa: Mederi dicitur tumoribus preter naturam imposita, dolores lenire et frigora febrium pellere, cor, stomachum ac cerebrum roborare, emundare pectus ac uentriculum, et fluxum aluj cohercere:

De Caminga Arbore Cap. XXV.

Caminga, quam Arabs Auicena Kerfe aromaticum uocat, Arbor, est magna crassi caudicis, folia ferens camellae similia, sed tamen maiora et pinguiora: stipitemque fuscum: florum, et fructus non dum accepimus formam; prouenit in insulis Cubu ubi descripta est, locis editis, et montosis; diripitur eius cortex ueluti cassiae, qui tamen crassior est ad eadem utilis, calidaque, et sicca quarto fere ordine natura: sapore caryophyllorum acri, sed paulo post euanescente, fercula magnopere comendat, sanguinem ueluti cassia quam uocant fistularem expurgat: uenenisque aduersatur: eius assulae dentes apte extergunt; uentriculum et cerebrum ab sumpta immodica humiditate firmat, dolores uenenis sedant: et flatum discutiunt; Jus decocti confert articulorum doloribus oris [redacted] causa frigida si contrictus ex uino decoquatur cortex ito est ut cassia etiam recens glutinosus sedarens atque leuigabilis:

De yzelc huayopatli cap. XXVI

Arbor est yzelchuayopatli mediocris; folia limonia majs benissimilia, inferne tamen candida, hirsutaq; superne nigricantia, flores candentes et modicos, ac fructum orbicularem, et parvum. radices calidi sunt, et sicce gradu tertio, acres et odorate gustu, sapiuntq vocatos caryophyllos; et possent vicem eorum tum in ferculis tum in medicamentis compositis supplere ac q sarcire, cortices stipitum minus calefaciunt, et amaritudinis cuiusdam sunt participes, folia adhuc minus; sed cada quodantenus odore imitantia stipitum cortices duarum dragmarum pondere tusi atq devorati dicuntur dysentericis maximam opem ferre, nascitur in calidis Tlanci collibus

Sectio secunda libri Primi De Arboribus

De Copalquahuitl seu Arbore gummifera Cap. I.

Arbor est procera, folijs quernis forma et magnitudine similibus sed longioribus fructu obrotundo purpuras centi sapore gummi quod stillat ab eadem id interdum sponte fluit, interdum evocatur scarificata arbore: appellaturq peculiari nomine copalli, et si indis hoc vocabulo quodlibet gummi genus significare solet, quo fit ut arbos ipsa dicatur Copal quahuitl quasi copallis arbos; liquor hic sub universa europa innominatus candidus et transluidus est, ac concretus in formam assularum Laniorum et si a nonnullis arboribus predictis haud dissimilibus de quibus suo loco dicendum Xicalan, Umapa' provincie Michuacanensis fluat, pallidiusq aureumq etamine

per quam simili adeo ut congener possit existimari. Provenit
haec arbos in calidis quauhnahuacensibus et hichocanensi
bus, planis montosisque, sed humectis locis, verum nonnihil
intercedit discriminis montanam inter et campestrem tum
forma arboris, tum colore ipsius liquoris; gummi tertio
ferè ordine calidum est, exiccanti, adstringentisque nonnihil
naturae, facultatis discussoriae, et odoris si in ignem proji
ciatur adeo suavis, ut mos fuerit eo Thymiamati aut suffi
mento (quamvis et copalli quoque eiusdem rei gratia usi sint)
solo supplicare Deos; eodemque primos huius orbis expugnato
res quos Teuhtl idest Deos Indis illa at imperita gens
vocabat excoeperint: capitis dolorem idem gummi velut
ipse arboris stipes velutque radix si ex frigida causa contigerit
suffitu levat, uteri strangulatui medetur et ut universim
dixerim morbis omnibus auxiliatur, qui ex frigida humidaque
causa orti sunt. Cortex stipitum anethum olet, sapitque
ipsum fluens gummi, et adstringenti quadam vi sen
titur pollere.

De copalquahuitl patlahoac seu Arbore copalli latifolia Caput. 2.

Quamvis Indis mos sit vocare per antonomasiam Co
palquahuitl (veluti dictum) eam Arborem quae
praecedenti capite est descripta, et eius gummi Co
palli: tamen universim Arborem gummi manantem
odoratum eodem modo vocant. nostri vero eas solas quae
candidum fundunt; quae vero in fuscum colorem

inclinantem, et quæ thuri sit quam simillimum Indici thuris aut animæ peregrini plantas. Cum vero animus semper fuerit cum distinctione loqui permultaque arborum genera huiusmodi liquorem fundant quarum aliæ congeneres sunt, aliæ vero longe inter se differentes de eis seorsum agemus, et eius gummi differentiæ omnes et si similis circiter facultatis esse reperiuntur cum suis arboribus erunt nobis percurrendæ. factoque ab arbori in precedenti capite narrata exordio de presenti verba facimus. Hæc ergo Arbor ab amplitudine foliorum quæ ceteras congeneres videtur excedere, ita vocata mediocri constat magnitudine incondita que, folijs serratis, et rhoi obsoniorum perquam similibus etiam colore squalenti cum etiam magnitudine et forma. sed per rarius stipitibus et ramis. gummi candidum exibet nec absimile illi quod stillat e copal quahuitl parcius tamen, et ijsdem preditum viribus. Nascitur regionibus calidis ac precipue quahunahuacensibus ubi eam arborem passim vidimus nascentem, etiam intra ambitum oppidi, ac curavimus depingendam. posset que ut ego quidem coniecto in hyspaniæ ferventiores agros non omnino inutili opera per maria deportata transferri.

De copalli quauhxiotl seu de leprosa
Arbore fundente copalli. Cap. 3.

Arbor est copal quauhxiotl excelsa, levis et quæ facili membranam externam exuat, unde nomen. folijs paruis, oblongis, et rutaceis, sed maioribus, et longioribus.

fructu acinoso, sed singulatim dependente: liquorem et hic resi
nosum destillat copalli colore, et odore similem. sed parcum
nascitur in calidis Tezcatzahuaci regionibus, montosis, et aspe
ris locis: calida arbor est, ac sicca ordine tertio, odoraq; non
sine quadam adstringentia, eundemq; liquorem dilutum ex
aqua immiscent copalli, atq; ita aiunt egregie sistere diar
rheas; ~~De copalli quahuitl seu tecopalli [illegible]~~ cap. 4m

De copalli Xolopocensi cap: 4m. +

Arbor est magna folijs mali medicae uirore tinctis exatu
rato. gummi stillat copalli persimile, quod in assulas
quoq; candentes, atq; illis similes cogi solet, in eosdemq;
recondi usus:

De copalli montana seu tecopalli quahuitl cap: V. +

Arbor est tecocopallis quahuitl mediocris magnitudinis folia
unedonis, fructum glandibus ~~similem~~, quendam ueluti stro
bolinum continentem, operatum lubrica, et resinosa quadam sali
ua, atq; includentem intra se nucleum candidum, ad multa
utilem: fluit ab hac arbore gummi illud thuri antiquorum
odore, sapore, ac uiribus adeo similem, ut illi reputem esse
congener, nam et in Philippicis insulis nasci copiose audio,
quo factum est ut ab hyspanis huius orbis thus ore pleno
uocetur, quamuis a quibusdam Animae indicum dicatur;
Prouenit in calidis Tlalalolpacensibus, posteaq; ad frumidiores

hyspaniæ regiones transferri: Calida sunt tertio ferè ordi
ne, siccaq; et paulisper adstringenti natura omnes propemo
dum huius arboris partes, odorisq; gratissimi, uentriculum, cor,
cerebrum, uterumq; suffitu corroborant; fluxiones cohercent
pituitam absumunt, rigores febrium arcent, et fouent mem
bra perfrigerata, uuluamq; procidentem in suum locum re
stituunt atq; reponunt, [illegible] confirmant ac uelut
affigunt:

De Cuitlacopalli seu stercore copallis Cap: vi.[m]

Arbor quam cuitlacopallim, idest copallis stercus uocant,
a quibusdam xicoquahuitl quòd sæpes lepori infectus uidea
tur, nuncupatur, mediocris est magnitudinis, folijs obro
tundis, paruis, acinisq; racematim dependentibus oxia
canthæ similibus ualdè odoratis, glutinosisq; gummi fert
candidum, subodorum, ac ualdè durum: calida ordine ferè
tertio et ~~[illegible]~~ exsiccanti natura constat: Nascitur calidis re
gionibus yauhtepecensibus montosis saxosisq; locis:

De Tecopal quahuitl pitzahuac seu tenuifolio Cap: vii.[m]

Reperi dum apud Tepoztlanenses discribendarum
herbarum gratia moram agerem nec non apud Hoaxtepe
censes arborem aliam mediocrem stillantem Lachry
mam thuris ui spectrum in candidum uergentem colorem,
sed fusco perfusum: eisdemq; uiribus, et odore præditam,
quibus præcedens; sed folijs ex utraq; ramulorum parte
ordine compositis, paruis, minimè serratis, et racematis
paulo maioribus, fructu uero paruo, coccineoq; et piperi

rotundo forma non absimili: singulis binisue acinis per inter-
ualla ramorum appendentibus: gummi huius arboris permi-
stum formicarum et puerorum stercori aiunt unius uncie
pondere bis terue epotum insanientibus citra febrem mederi

De xochicopalli seu copalli florenti
ab alijs Xarapizqua Cap: viii:

Arbor est me(dio)cris xochicopallis folia fundens menthe
sed profundius serrata ternaq: ac stipites impense odoros,
stillans liquorem fuluum, ac limonum odorem magnopere
referentem, generibus thuris indici annumerandum nam
et arbor ipsa congener est, eisdem gummi preditum uiribus
uerum efficacioribus: Nascitur in calidis Collimae atq etiam
Michualcanensis regionis; est et alia Arbos eodem nomini
et liquore, sed folijs xocoxochitl que apud Teocalcinenses
prouenit:

De Mizquixochicopalli Cap viiii:

Mizquixochicopallis quam alij xochicopal quauhitl uo-
cant arbor est magna folijs mali medice, et stipite cor-
dicantibus punctis distincto: floribus uero coccineis et
modicis, gummi fundit e fuluo in purpureum uergens
anime uocatum aquibusdam, ab alijs uero copallis: maxi-
mi habetur ad cetera quibus alia huiq generis inser-
uiunt prestanda, sed precipue ad odoramenta et capi-
tis roborationem, Nascitur copitlani et Colymae fer-
uentibus locis:

De stolquahuitl seu arbore chilli Cap. X[m]

Arbor est stolquahuitl cuius duo sunt genera: Alterum stipitem profert magnum, leuem, fuluum, et lenta refertum medulla; floresq candentes, folia maxima, et orbiculos stellatos, rubrescentes ex pallido, adhaerescentes spinis et refertos fructu ponticis nucibus pari, candenti lutea obducto membrana, et amari saporis. Alterum uero folia mali medicae sed tamen maiora; utriusq arboris cortex amarus est, Nascitur ultimum genus apud Michuacanenses ubi tarantaquam uocare consueuerunt. Primum uero apud cotlani et yhualapa: ~~hoc est calidum~~ ordine tertio, et paulisper lubricus, cuius decocti ius infusum medetur dyssenterijs: fundunt secta gummi ab indis stolli uocatum, primo lacteum, mox luteum ac tandem nigrum, postq s. colligentium corporibus illitum sit, adeoq undecumq resiliens ut pila palmaria aut eius quae aucato nomen habet apud uulgus in sphaericam aptatum figuram praestat [illegible] et ad multa praeterea utile est, nam urinam mire euocat, emundat uterum, sterilitatem admotum uulue fugat, menstrua elicit si digito madenti succo yoloxochitl et olli [illegible] uulua et anus confricetur: dyarrheis dyssentericisq opitulatur, deuoratumq perse aut alijs quae similibus uiribus pollent admistum, aut si ad dictum proiectum et conformatum in pillulas digito in anum quantum fieri possit inducatur; additum cibis impinguat et permixtum uermibus axin uocatis ingestumq agilitatem quamdam et ad uolubiles corporis motiones promptitudinem

ingenerare dicitur: et ossa emollire, ut facilius homines contorqueri flectiq huc et illuc possint corpusq more petaurorum iactare: et venerem vehementer excitat, colicis confert sedi admotum, trahitq alui excrementa: et dolorem sitimq sedat; usum vero argemata discutit hoc esse gummi illud nobile quo indi olim exercere sole bant ludum bathei spectatu mirum, quem cura cortesij videre aliquod ab hinc annis hyspani, eiusdemq arbo ris folia sicca et levigata dicuntur leones, et alia ani malia interficere:

Di hoitzil oxitl seu di arbore
Balsamj indici cap xi.

Quam arborem parmcini chicoti vocant, nostri Indici balsamj arborem Mexicenses hoitzil oxitl, seu affluentem resina nuncupare consueverunt, quia liquorem effundit Sy riaco Balsamo simillimum, neq odore aut viribus inferiorem, Arbor esse mali medicae magnitudine, folijs amygdali maiori bus tamen, obrotundioribus, et magis acuminatis: floribus in extremis ramorum flagellis luteis, initio loculorum ob longorum forma, sed procedente tempore quorundam vehe ei foliorum ceteris longiorum, et latiorum, in quorum extre mitatis cavitate semina inclusa continentur candentia, et in quemdam pallorem inclinantia oblonga et paulisper contorta seminibus mali medicae similia, aut ucrins hiis que hiakini vocant manies, ac sacharo veluti

strobolinos nostri incrustare solent. Inciso ergo quouis
anni tempore huius arboris cortice, sed precipue
exactis iam atq; desinentibus imbribus liquor ille nobilis
toto orbe celeber nec dum satis laudatus stillat quem bal
samum appellant, e fuluo in nigrum inclinans colorem.
sapore acri paulisper amaro, odore uehementi sed tamen
gratissimo. Regionibus prouenit calidis, qualis est Panu
cina, unde impositum nomen est, et ad Huaxtepecensem
hortos a Regibus Mexicanis deliciarum, et magnificen
tiae gratia translata: ubi eam rursus uidimus editis
ac montosis locis, et si ad campestria hominum cura et
diligentia descenderit, culta et hortensia uelut eoo
ita amat; unde sperare aliquis posset loca Hyspania
rum calidiora minime fugituram; sunt alij liquores sim
plices atq; compositi quos eodem nomine Hyspani qui
ad has regiones penetrauere appellant, de quibus infe
rius dicemus; extrahitur idem liquor decoctis etiam
surculis minutim incisis ex aqua et uitro excepto in
natante liquore, sed uiribus inferior; liquor ergo qu
uis modo extractus quarto fere ordine calidus est ac
siccus, subtilium partium non sine quadam adstrictione
et corroboratione, ac innumeris morborum generibus pro
pellendis, atq; sanandis utilis: nam tres quatuor ue
guttae matutino ante cibos liactae uentriculum a frigida
causa imbecillem confirmant, urinam et renum uessicae
excrementa euocant, pelluntq; e corpore; aperiunt ob
structa ac medentur respirationis difficultati: uentrium
et alij dolores sedant, commendant colorem, ac innumeris

uigorem diutius conseruandi et tuentur, quin liquor illi in pessulos efformatus, ac obditus uuluae secundas, emortuosque infantes trahit, partum accelerat, et sterilitatem a frigidis humidisque ortam humoribus profligat; dolores ab eisdem causis exortos ubicunque contingant extrinsecus illitus sedat, flatus et tumores preter naturam discutit; cerebrum corroborat, neruorum origini impositus auxiliatur, paralisi et ceteris gelidis omnibus medetur morbis; colicis, Ishiacisque et articulorum doloribus mire est utilis; quin uulnera recentia conglutinat et sanat inueterata. ac diuturnarum febrium repetentia frigora, ceruici dorsoque illitus pellit: Idem prestat ab ipso semine expressum oleum, mitius tamen, benignius ac mollius, quamuis acre quoque sit, gratissimi odoris, gustuque et odorum et suaue ac tertio calorificum ordine: quod nos omnium primi curauimus prelo extorquendum: est autem oleo quod ab amigdalis amaris aut nucleis persicorum exprimitur odore atque sapore simili; sed odoratius ut hōmor tilis et acrimoniae longe maioris:

De Arbore Heuacorex ex qua parabis uocatum ab indigenis balsamum Cap XII

Arbor est mediocris altitudinis, et crassitudine femoris, firma materie, et quae terra defossa diutius durat incorrupta: odora, luteisque folijs denarij plus minus amplitudine. flore paruo et candenti fructu baccis lauri simili; cortice huius arboris confracto minutim et quatriduo macerato ex aqua ac demum insolato et expresso liquor extorquetur balsami prestans uires ad multa utilis; quique intra mensis unius

spatio peragatur: extrahitur etiam ex folijs stillatitius li[...]
odore perquam iucundus, et multis sanandis affectib[...]
aptissimus: quin surculi ipsi extergunt roborantque dente[...]
ex quibus (ut hoc quoque obiter dicatur) indi olim sagittis [...]
crones addere consueuerunt.

De Balsami frutice quem indigenae hispani
Maripendam uocant cap: xiii

Et si planta haec frutex sit, inter arbores tamen ob similit[...]
dinem ac cognationem quam cum arboribus lachrymam fe[...]
rentibus praesertim eam quam habet eius liquor cum in[...]
cato balsamo reponere uisum fuit: Est ergo Maripenda
frutex stipites ferens uiginti fere dodrantum altitudinem h[...]
bentes, ramosque fuscos ac folia hastarum mucronibus pa[...]
crassa lataque sed superna parte uirentiora, et sparsim pu[...]
purascentia e rubeo et appensa pediculis in coccineum c[...]
lorem ~~indi~~ inclinantibus, fructum racematim dependentem e[...]
octo pene uncias longo, concinnatum acinis uuarum fere similibu[...]
sed tamen rarioribus, initio uirentibus deinde rubescenti[...]
ac tandem e purpureo nigricantibus, utuntur Aethiopes foli[...]
eius fistularum loco ad hauriendum fumum herbae uocatae [...]
Mexicensibus yetl, quem alij per arundinum canales, mo[...]
est haurire, paratis e folijs conuolutis quibusdam tubulis. A[...]
uero extorquendi liquoris modus hic est: teneros eius pl[...]
tae cauliculos turionesue et interdum acinos minutim di[...]
cone coquuntque ex aqua donec in defruti densentur crassit[...]
dinem atque ita sinunt considere, curat hic liquor mire uul[...]
ra etiam alia insanabilia: et recentium fluentium quo[...]
sanguinem sistit: sunt qui expressis germinibus aquam
stillatitiam extorqueant, quam aiunt ardentis seu uitae

uocata aqua esse ad quaevis prestantiorem ac precipue mulie
ribus curandis, et dolorem uteneris a frigore ortum compescen
dum: quamplurimasq affectiones pellendas a predicta causa
ortum ducentes multorum testimonio affirmatum scimus:

De Balsamo Provinciae Tolu cap. xiiii

Audio in Provincia Tolu euntibus ab urbe quam uocant
nomen Dei in Indicam Carthaginem oriri arbores
mediocris magnitudinis Pinorum generibus haud absimi
les: folijs siliqua toto uirentibus anno; cuius in locis
provenientes, corticis tenui, ac tenero uestita, que liquo
rem balsamum uocatum incisa effundant; ad omnia qui
bus conferre solet Balsamum indicum a nobis supra descrip
tum aeque utile, aut prestantius

De Molle cap: xv.

A Peruina uocata regione ad hanc nouam Hyspaniam imo
ad Hyspanias nostras Planta quam Molle uocant iamdiu
aducta est; atque translata: Arbor procera est uisu pulchra
et ornandis domorum compluuijs, locisque publicis ac foris aptis
sima, comata in latum spandens undiquaque ramos, qui e
uiridi colore tendunt in purpureum, ubi folia oliuae profert,
sed longe angustiora, et tenuiora, et quodammodo dentata,
ordine utrinque disposita, et oblique uersus ramos extremos
procedentia; flores exiles, albos, racematim dependentes, qui
mox in fructum uirentem oxiacantha similiter parem, aut
paulo maiorem abit: et cum maturuerit in colorem ex
albo rubescentem, dulci carne predito cum quadam acrimo
nia, et amaritudine, membranulaque predicti coloris contegitur

p

cui nucleus durus inest: folia ac fructus lentisci eun
lachrimam olent resipiuntq, sed permixtum feniculo, un
fortasse aliquis in lentisci referat species, ni maliat esse
plantam sui generis; folia et fructus virent toto anno,
alijs subnascentibus, alijs adolescentibus, et alijs maturo
scentibus; sylvestris arbos est, neq ullis lenocinijs aut cu
ut provenrat opus habet, quamq in delicijs tamdiu habe
ceperit, culturq et indulgentiam libenter admittit; pro
venit ubiq seu semine, ramo, aut vivi radice seratur: sed in
calidis regionibus assurgit, laetiusq vivit; stillat ab hac ar
bore lachrima quae velut folia, universaq planta feniculi et
lentisci odorem habet, saporem vero acrem subdulcem et cu
quadam amaritudine adstringentem, calidaq et sicca ordin
fere tertio constat natura. Nucleus ventriculum corrobora
calefacitq ventrem adstringit, et ut quidam aiunt terebin
[illegible]dem praestat, semen vero Cardamomj, urinam elicit, flatus
dissipat et membra corroborat. corpora nimis fluxa, et hum
cta exiccat, folia lotionibus addita oedemata dissolvun
ore commansa gingivas dentesq confirmant, et ulceribus
oris medentur; fructus seu intus assumpti sive exterius ad
moti quemadmodum et lachrima luculentius praedicta omnia pr
stant;+ In Villa Mauritij provintiae carpentani
hyspaniae tres vidimus huius plantae tenellas arbusculas,
caudicem femoris crassitudine habentes, cortice subcin
contectum, fraxini humilioris, omni ope locoq vulgo dil
magnitudine: ramulos undiquaq in latum spargentes, ijs
ornatos folijs constantibus ex pluribus ad unum pediculu
cohaerentibus multo tamen minoribus, ex viridi nigrican
bus serratis, sub extremum angustioribus, quae ab arboribu
decerpta lacteo succo lento ac incisto odoroq scatebar

flores exiles albos racematimq dispositos habentis; fructus undiq indica predicta molli similes: pari modo fructus et folia toto anno uirent, ac uires et usus sunt omnino pares:

De Tecomahaca cap xvi^m

Arbor est Tecomahaca magna, folia ferens obrotunda mediocria et serrata, ac fructum in postremis ramorum flagellis paruum obrotundum fuluum ac refertum semine nucleo persici haud absimili, Nascitur apud Misstecas nec non Tangitani Regionis Michuacanensis, posset q in prouincias nostri orbis paulo calidiores medioeri negocio transferri: Aeris planta est et odorata cum quadam adstrictione calida et sicca ordine tertio: Fluit ab hac arbore scarificata aut incisa et interdum etiam sponte sua Lachrima nulli fere ignota, eadem predita temperie et uiribus quam pleriq loco Myrrhae substituunt: dolores aflatuoso spiritu frigidaue causa ortos sedans, flatus ipsos discutiens, lentos humores dissoluens, ac frigidam intemperiem corrigens emplastri modo adhibita; utero amica ita ut prunis iniecta et naribus admota mulieres hystericas illico liberet, umbilico apposita menses sistit, et uterum suo loco retinet, destillationes temporibus aut post aures adhibita sistit, dolores dentium sedat, cauis ue dentibus indita ipsos a corruptione liberat, neruorum uulneribus opitulatur, coxendicis ac freniticis a frigida causa genitis opem prestat, cerebrum neruos ac uentriculum apposita roborat, Magniq est ad omnes affectus a frigida causa ortos usus:

De Ylahuihiloca quahuitl idest
Arbore insania Caragna nuncupata
Cap: XVII

Ylahuihiloca quahuitl quam hyspani Caragnam
uocant, Arbor est magna, fuluos stipites fund[e]
leues, nitidos, et odoros: folia oleaginea in cruc[em]
formam composita, orbicularia,: odora arbos est, [g]
[u]stu acris, et nonnihil adstringens; Nascitur ap[ud]
Michuacanenses et Mishicam inferiorem: gumm[i]
quod ab ea fluit Caragnam quoq, uocare aud[io]
eisdem ferè uiribus quibus tecomahacha pr[e]
ditam, sed uehementioribus, ita ut affectus q[ui]
tecomahacha curare nequit, Caragna pellat:
puluis ipsius stipitis deuoratus miré uentricul[um]
et cor firmat, flatus discutit, frigidam emenda[t]
distemperiem, et uterinos curat affectus, Fama e[st]
apud indigenas cacodemones hanc arborem per[h]
ferre, ac fugere, et fascino aduersari, corticem u[ero]
ex aqua illitum conferre cordi: deuoratum uer[o]
cum cacahoatl pectori simul et cordi ferri suppe[...]

De Xochiocotzo quahuitl seu Arbore
liquadambari indici Cap XVIII

Arbor est xochiocotzo quahuitl Magna Aceris fer[e]
folijs in tres cuspides duosq, sinus diuisis, altera part[e]
albicantibus, altera uero obscurioribus, serratisq, Cort[ex]
stipitis partim fuluus, partim uirens est, prouen[it]
campestribus, calidisq, locis, et interdum etiam t[em]
peratis uelut hocyacotla quahu[...]ci et xico[...]

calida siccaq natura constat, et odore iucundo, inciso ar
boris huius cortice indicum fluit uocatum liquidambarum
ab indigenis hyspanis, A Mexicanis xochiocotzotl suauitate
odoris styraci persimile, calens ordine tertio natura siccanteq,
quod additum tabacis caput uentriculum et cor firmat, somnum
inducit, et capitis dolorem a frigida causa ortum lenit; per se
uero humores discutit, sedat dolores, ac impetiginibus cuti
digitis conuulsa medetur, stillat ab eadem arbore aut sponte
sua, aut incisa oleum haud cedens predicto liquori aut odoris
iucunditate aut medicis uiribus, et si aliqui dicant oleum stil
lare ex primo liquore loco congruo posito aut expresso ut tenui
or eius pars stillare possit dicanteq esse calidum et humidu
minus tamen recte: discutit utrumq flatum, ac preter natu
ram tumores dissipat, coctionem procurat, uentriculum robo
rat: uterinis affectibus confert, et alia his similia prestat
iuuamenta, seu per se seu alijs medicamentis permixtum:
sunt qui elixis ex aqua stipitibus id oboramenti parant
genus sed uilius ita est, ac minus ad predicta presidia ex
petibile et nisi ad uiliores quosdam usus [illegible]dum:

De yztac quauhxiotl seu quauhxiotl alba cap. XVIIII

Yztac quauhxiotl quam alij quauhxiotl uocant, Arbor est medio
cris, folijs obrotundis, et stipitibus atq pediculis rubentibus, gummi
stillat candidum acris saporis, prouenit in calidis ytzocani: gum
mi tertio ordine calidum esse [illegible], quod aluum fluentem co
hibet deuoratum ex aqua scrupuli unius mensura dyssenterijs
mirum in modum opitulatur, quin dolores illitum sedat, ac discu
tit preter naturam tumores: aqua in qua infunditur lacteo
tingit colore: est et aliud genus eisdem predictum uiribus formaq
uocatum tlatlahuic quauhxiotl sed gumi manans rubescens ut
nomen indicat

De Copaltic seu Arbore fundente gummi simile Copalli Cap. XX.

Excelsa Arbor est Copaltic leuis, epidermide, cuticulaue super
uestita, quae suapte natura desquamatur: unde nomen; o
folijs, fructu oxiacanthae paulo maiori, primo uiridi, ac
dem coccineo; resinam haec fundit arbor candidam, et pau
odoram, sed modicam; Nascitur in calidis locis montosisq. Tec
xalmaci; sunt q. qui ytac quauhxiotl uocant: Cortex ligni
calidus est ordine secundo, odorus, et grati saporis, non sin
siccitate, et amaritudine quadam: gummi illud candidum q
apud Mexicanos circumfertur, habeturq. maximi in compescendis d
senterijs ex hac stillans arbore resina est. quae ex aqua de
rata, ubi statim in lac soluitur unius oboli mensura aut per
solum, aut permixta copalli sistit dyssenterias, ac sangui
nem undicumq. manantem cohibet; uitandum est tamen a
tius pondus

De Tzinacancuitla quauhitl seu Arbore fere
gummi simile stercori uespertilionum Cap: XX

Tzinacancuitlaquahuitl gummi est quod laccam officinae u
cant decidens ex Arbore incondita ac mediocris magnitud
nis, quae folia fert mizquitl seu exilia pennas auium
tantia, breuia, tenuia, ex utraq. parte ramorum serie qua
procedentia, stipites ac ramos purpureos. obtectos gummi qu
diximus, nequaquam a formicis elaborato ut quidam per insci
tiam putant, sed ab ipsis arborum ramis undicumq. stillante
et eisdem ueluti nubili quidam adherescente; Nascitur in calid
qualis est Ager Huatepecensis et Huachnahuacensis, ubi sunt q
hoelicpatlin, et quauhuicxihuitl uocent: et si in nonnullis Ind
orientalis locis ortum ducat, uarijsq. ibi nominibus nuncupetur: De e
uiribus arabes rogentur nec nos rursus dicta dicamus in tanta
poris penuria et rerum describendarum copia: Illud etiam no

est

est, admixta resina massam ex eo gummi parari, quam Lacram corrupta dictione uocant, signandis literis, alijsq schedis aptissimam: addita vero his arena crassiuscula trita percocptisq omnibus in placenulam cogi, quae admota igni e uestigio emolliscat, perfrigerata vero eam duritiem ac firmitatem contrahat quae ferrum, lapides, et gemmas excedat, nimpatq; quod nos experimento cognouimus:

De Ezquahuitl idest sanguinis Arbore Cap xxii

Arbor Magna est Ezquahuitl folia ferens uerbasci ampla, et argulosa, sanguinem stillans quem uocant draconis, unde eue nit ei nomen; est enim ~~Ezquahu~~ Ezquahuitl sanguinis arbor: Prouenit quahuchinanci, uis autem huius succi frigida est atq adstringens, corroborat dentes, fluxiones sistit, deniq uim omnem similitudinem, ac effectus eosdem praestat, quos sanguis draconis noseri usus, qui adraconibus fortunatarum colligi solet; de quibus alijsq fortunatarum arboribus seorsum fortasse dicemus:

De Ezquahuitl secunda Cap: xxiii

offendi etiam apud quauhnahuacenses agros qui pertinent ad Tepecuacuilcum Arborem Ezpatli quahuchinancensi per similem, folijs tamen magis orbiculatis, hirsutis, et asperis, crasso cortice, radice surculosa: ac iuxta aquas nascentem, quae adstringens etiam est et odorata, amara calefaciens quodammodo, et ad eadem utilis; Nam eius liquor, qui scarificata arbore copiose fluit oculis inflammatione laborantibus mire subuenit; partes enim habet nonnullas frigidas, siccas, et adstringentis, quare non mirum et si calidas etiam quasdam partes possidens, uincentibus frigidis in ea, id operetur:

De Mizquitl seu siliqua Acatia Cap. xxiiii

Arbor est Mizquitl frequentissima nouæ hyspaniæ sua sponte quibusq; locis, sed maxime montosis temperatis aut frigidis pro ueniens,: incondita et spinosa, folijs exilibus pennas auium imitantibus ordine utraq; ex parte ramorum dispositis, flore be tulæ nostratis proximo, ac siliquis edulibus, longis q; et dulc pregratiq; saporis, refertis semine unde sortita est nomen hinc et inde dependentibus, e quibus placentulas parant ch chimicarum gens uicem illis prestantis panis, uelut ex uarijs seminibus, radicibus, ac fructibus alij: Hoc est uerissi ma antiquorum Acatia, et que germanum gummi Arabicu fert, cuius hic ingens est copia, et incuria fortassis pude da adhuc incognita, et in nostrum orbem non dum deportat neq; est unica eius species, sed plures, frigida, siccaq; et ad stringenti constant natura; liquor e tenerrimis huius arbori turionibus defluens expressusq; aut aqua ubi aliquandiu ijdem maduerint illita mirum in modum oculorum morbis auxiliatur,: aut ius decocti corticum nimium mensium fluxu compescit: qui menses si primipara sunt (ut est hoc obiter attingatur) tinea, et lichenibus medentur: Sunt qui Itoa xin, Hacazcolotl et alias nonnullas arbores que apud no uam hyspaniam prouenuint in Acatia referant differentias

De Mizquitl michuacanensi Cap: xxv.

Vocant Michuacanenses suam Mizquitl Iznteequam sp nis carentem, ac folijs exilioribus, Mizquitl uulgari quæ etiam Acatia species est, et gummi uocatum Arabicum quam optime fundit, eosdem habens usus, et uires.

De Hucipochotl Hiaxacensi cap: XXVI

Arbuscula est Hucipochotl Huaxacensis uitium modo serpens, sinuosis, ac tricuspidibus folijs, floribus coccineis, paruis, et agregatis in comam: unde generantur fructus nucis peni ponticae forma, ac magnitudine, sed ternos includentes ricini more candentes nucleos, toto anno folia, flores, et fructus fert; Nascitur apud uaxacenses: Dulcis est, calidaq, et humida aut moderate frigida temperie; liquor stillaticius uires elanguescentes ita instaurat, reficitq, ut homines pene morituros ferant exuscitare: Idem refrigerat, et imp in guat, aut ipsa arboris folia oleris uice deuorata: nitidumq reddunt colorem: Lachryma stillans e perfractis germinibus inflammationi oculorum mirum in modum confert: Nuclei quini, aut si robustior homo sit septeni emundati aquadam illos tegente membrana uacuat egregie pituitam, et bilim per superna, atq inferna, usq adeo securo euenit ut uel leui momenti re ingesta medicamenti huius uis si ita expediat cohercea[tur]: Allata est eadem a Panucensibus, scipite cubitali, subalbido, lento, leui, et spinifero, ubi uocant Tzapeloach quahuitl, aiuntq lac eius firmare dentes, et carnem exhaustam instaurare:

De Arbore aquibusdam Sasafras uocata Cap XXVII

Arbor est magna Sassafras folia ferens crenata, et in tres partes diuisa: scipites leues, subrubeos, et anisum olentes: nascitur in prouintia florida, et Michuacanensi: Calida constat et sicca natura ordine circiter tertio, et subtilibus partibus, quare colicis, Ishiacisq opitulatur, nec non difficultati urinae, renumq morbis dum tamen a causa frigida contingant: flatum discutit, et obstructiones aperit: internas

pariter roborat, Asthmati, alijsq. thoracis uitijs a praedicta causa ortis opitulatur: uomitus cohibet, coctionem iuuat, aluumq. sub ducit, utero confert, sterilitati medetur, mensesq. mouet, lue uenerea laborantibus instar ceterorum alexipharmaco rum opem prestat, dentium dolores sedat, et fluxiones ab sumpta causa inhibet; Jus decocti ramorum, trunci, radi cumq. preser[tim] corticum sumendum octo untiarum pondere mane quatuor horis ante omnem cibum, sudorq. seruandus Decoctum paratur ex media untia radicum cum cortice assu latim incisarum, ac maceratarum per noctem in duodecim libris aquae fontis, coquanturq. lento igne ad tertias: Huius decocti parandi, et utendi ratio uariatur pro laborantis corporis habitu, natura, temperamento, uiribus, etate, con suetudine, et anni tempore; Ratioq. uictus attenuans, et exic cans sit, ut in ceteris luis ueneree alexipharmacis; utaturq. pro potu secundo decocto, Idq. habita prius uniuersi cor poris ratione: Sunt qui simplici decocto utantur pro potu, aut solo, aut uino cum eo diluto nulla praecedente uniuersi corporis uacuatione, neq. ratione uictus seruata ~~debilibus~~ Debilibus, tabidis, ~~[illegible]~~ et preter naturam exte nuatis huius Decocti usus aduersissimus est:

De Zocpatli cap: XXVIII.

Arbuscula est Zocpatlis nascens in planis, calidisq. locis, surculosis innixa radicibus, unde oriuntur stipites et in eis folia syluestris raphani magna, serrata, hastarum mucronibus haud dissimilia, ac flores candentes; Radix acris, odora, et nonnihil adstringens est; calefacit, exiccatq. ordine tertio: medetur gallico morbo Jus decocti foliorum

et radicum eius siue bibatur, siue erumpentibus tuberculis applice-
tur: qua radice ego libentius uterer modo frigidi essent, et
tenaces humores, quales solent per eos morbos magna ex
parte dominari, quàm ceteris plantis, quarum est usus apud
indos, et hyspanos ad prédictum affectum curandum: eadem
radix tusa illitaq; splenem comminuit, et pristinæ restituit
sanitati

De Hoaxacan seu ligno Santo Cap. XXVIIII

Hoaxacan uocant Indi eam plantam quam Alij Matlalquauhiel
seu cyaneam, tale enim est eius cor seu médulla, Arbor est
mediocris magnitudinis, setigosis, et inconditis scipitibus, ac
ueluti spinosis: folijs uero paulo metaceis maioribus, atq; lon
gioribus, et cyaneis floribus,; Cortex est cinereus, et si qui
crassiorem scipitem uestit sit fuluus, lignum pallet, ac mé
dulla (ut dixerim) cyanea est, unde sumpsit nomen: Cortex
est abunde amarus, quo fit, ut calidus ordine secundo cum fo
lijs quoq; ipsis haberi possit, cum manifesta siccitate, et si
médullam non senserim amaram; Referre uero quos effec
tus prestet in curanda gallica lue, alijsue diuturnis affecti
bus capitis, Thoracis, Ventriculi, epatis, lienis, renum, ar
tuumq; doloribus, aut quis sit administrandi modus in tan
ta luce supernacaneum duxi: Nascitur in calidis ytzo
canis et mishica inferioris, et apud Haitinos quoq; prouenit:

De yolloxochitl seu flore nocturno Cap XXX.

Yohualxochitl quam quidam Cozquaquahuitl uocant,
alij uero yahoalxochitl seu florem orbicularem; Arbuscula

esse folia eboli, sambuciq; ferens, ad quorum species est fortassis referenda, nisi quis malit ad uitis syluestris species pertinere, sed minime serrata; umbellas sambuci, c flosculis aggeratas orbicularibus, et pallentibus, interdiu (ut ferunt) contractis et hiantibus noctu: unde acini fiunt racematim dependentes, initio uirides, deinde coccinei, et tandem purpurei, radices uero resinosi saporis glutinosas, et gustui nonnihil odori: Nascitur chapultepeci non procul ab urbe Mexicana montosis, editisq; locis, nec non in uallibus, planisq; et floret iunio, calida et sicca ordine secundo constat natura, et sapore amaro: tumores apposita discutit, aut maturat, et rumpit: quibusdam epota ex aqua sudorem euocat, et alijs aluum ciet, puluis eius medetur inspersus ulceribus insanabilibus, et confert scabiei, lepreq; auxiliatur, etiam resolutis, et uterino affectu laborantibus: sunt qui edant folia frixa expresso prius succo, medicinae gratia, asserantq; ita corpus extergere, atq; impinguare, et ut carnem instaurat excesam et casu aliquo exhaustam, sic superuacaneam citra ullam noxam sensumue doloris corrodere, et absumere, uanos timores pellere pectori imposita folia, et syncopim inde profectam tollere

De Coyolitzan seu Tepotzan cap: XXXI

Arbor est Coyolitzan mediocris magnitudinis, folia ferens saluiae, sed maiora, a quibus apud nonnullos indigenos hyspanos inuenit nomen, interna parte subalbida, aut superne uirentia, pinguia, et uerbasci modo hirsuta, lubricaq; florem in postremis ramis modicum, ac luteum et in corymborum formam ueluti compositum: odorata Arbor est et

calentis naturæ, thus citra distinctionem ullam redolet, calidis regionibus nam in his quoq; aliquanto prouenit, minoribus ornatur folijs, latioribus uero temperatis et si ubiq; nascitur neq; ullum refugit solum fertile maxime et humectum. Jus decocti corticum, stipitis, atq; radicis ebibitum uterinis confert affectibus, ac uuluam proprijs restituit sedibus, urinam euocat, emundatq; corpus, Ipse uero radices, cortices, aut folia im posita tumores preter naturam dissipant, aperiunt atq; exter gunt, uelut et quecumque alia ulcera, ustionibusq; medentur:

De Hanahuaquahuitl seu morbi gallici arbore Cap: xxxii

Arbor est magna Hanahuaquahuitl comata, et excelsa, folia ferens oleæ similia, paulisper odorata, amaraq;: decocti ius matutino liberalius bibitum gallico medetur morbo: Nascitur temperatis humidisq; hociacocotlæ locis

De quauhtlepatli seu Arbore ignea Cap: xxxiii

Quauhtlepatlis quam Michuacanenses chupireni seu plantam igne am uocant, Arbor est lauri effigie spectabilis, folia ferens oblon ga maiora, latioraq; quam Amygdali; flores in rosam confor matos, eamq; Arborescentem fruticem esse dicimus quem Diosco rides appellat rhododendron: hæc est urentis naturæ, et tamen aiunt Indi quatuor obolorum mensura deuoratum per quam comode uacuare pituitosos humores cachecticorum, gallicamq; luem patientium, atq; hydropicorum precipue si a frigida cau sa talis euenerit morbus: uerum ego non crediderim uehe mentissimum istud medicamen citra noxam intra corpus posse assumi: quam obrem comodius adhibebitur (quod et indi experimento testatissimum esse dixerunt) umbilico modica quadam portione: atq; ita quoq; purgabit corpus:

cutaneis etiam infectionibus, quales sunt lychen, lepra, scabies, ophiasis, et impetigo presentaneo est remedio; Huexotzincenses uti solent eo pharmaco duarum dragmarum pene pondere aduersus febres intercollatas: Nascitur apud Michuacanenses, et ocopetlayucenses prope humentia, et aquosa loca, ubi parum abfuit quin meo postremo malo lac eius degustauerim:

De quauhyyac seu Arbore fetida cap xxxiiii

Arbor est Magna quauhyyac mali medicæ folia ferens, sed tamen acuminata: Cortex adstringit, grauemq odorem spirat; nascitur ocuila saxosis locis, calidaq et sicca constat temperie; fluxum alui cohercet, ac elicit sudorem; naribus instillatus succus sternutamenta excitat, caput purgat, atq ita febres tollit, et capitis arcet dolorem: quarum rerum gratia in annuos usus recondi consueuit:

De xiloxochitl cap: xxxv.

Xiloxochitl seu flos capillaceus Arbor est uisendi pulcritudinis, et naturæ; flores coccineos in capillamentorum formam apte compositos ante exortum foliorum, quæ obrotunda sunt, uirescentia, et quina, proferens, equibusdam ueluti glandibus pullulantes, quamq sunt qui candentes proferant. Prouenit in calidis quahcocolani, multisq aliis eiusdem temperiei locis: Cortex radicis leuigatus ulceribus gingiuarum opitulatur: urinam ex aqua assumptus educit, renes, et uesicam asamit, et quibus uis aliis obstrepentibus excrementis emundat, atq abstergit; et precipue si puluis xoxocoyoltzin peni immictatur, est aut saliuosæ, et frigidæ facientis temperiei, saporisq, et odoris fere nullius:

De cacapolton cap xxxvi

Arbuscula est cacapolton folijs cerasi, aut capolin, stipite purpureo, floribus in extremis ramis ceruleis, unde fiunt acini ciceribus peni pares, primo coccinei, ac tandem e purpureo, in nigrum vergentes, folia sunt frigida, et adstringentia: repellunt preter naturam tumores, dyarrheas compescunt, febribus adversantur, et medentur uulneribus, succus foliorum, acinorum ue curat inflāmationes oculorum: Nascitur ocoituci, et quauhquecullā nempe temperatis et calidis regionibus

De yzquixochitl xxxvii

Yzquixochitl seu planta ferens florem similem granis maizij que igni apposita crepuere, Arbor est excelsa, folia mali medica ferens, florem ex rhodi formam referentem, nostrae ui q rosę saporem habentem, aspectu pulchra est, et florum odoratissimorum gratia expetita ab omnibus, et dignissima; qui nisi amaret loca calidiora exornaret hortos philippi cos: Nascitur quauhnahua censibus agris, hoaxtepecensibusq, letius vero in cultis locis. Temperies est aliquantulum frigida, et adstringens, calidas amat regiones, et si in frigidas quoq regum diligentia, humanaq descenderit industria: ac toto floret anno, flos applicatus dentium dolores sedat, ingestus medetur satietati, et pectoris morbis, coctionemq iuuat: et miscetur potioni Cacaoatl commendationis habitus gratia.

De Ilalamatl cap xxxviii

Arbor est Ilalamatl saluie folijs pinguioribus et mollioribus

floribus spicatis, paruis, et coccineis, ex quibus procedente tempore acini producuntur: Nascitur in frigidis, floret q mense februario, et hinc accolae quauh tlalamatl uocant, folia trisa, et pugilli mensura di uorata ex aqua dicuntur humores omnes leniter, et citra molestiam ullam euacuare per superna; et tamen frigida. adstringentis q et glutinosa uidetur constare natura: aiunt q radicem leuigatam et inspersam ulceribus mederi:

De Chatalhuic. Cap XXXVIIII

Chatalhuic quam alij cacaocotl, alij cassiam fistularem uocant. Arbor est magna, ramosa q et perpetuo uirens, stipites proferens tectos fulua lanugine, folia uero quae per modica eorum interualla prodeunt limonis folijs, aut cassiae fistularis similia, sed longiora et inferne candentia, luteos flores, et fructum nisi tenuior et asperior esset, ac dulcis cortex, parem: prouenit iuxta fluminum ripas agri Xocotepecensis, et pumecensis: Cortex qui calidus, et siccus est ordine quarto, pullo q et candido uariat colore, redactus in farinam, et deuoratus ex aqua matutino duarum dragmarum pondere uacuat per superna, atq inferna bilem, et pituitam, lumbricos q ac uermes si qui forsan in corpore sunt pellit: egregium habetur ab indigenis pharmacum: Idem cortex permistus axin ac applicatus post aures tollit earum dolorem: fructus cortex qui dulcis est ac cassiae medullae saporem referens eodem modo atq pondere diuoratus purgat bilem,

atq pituitam, aluum emollit, ac uentrem leniter soluit; Idem tritus, et infusus aqua, (si pecten ex ea aqua tingatur) capillos breui instaurat, ac prolixam caesariem efficit: Semen uero intra fructum contentum tritum, atq ex aqua deuoratum placat febres quae omnia mille patuere experimentis

De Nucis Indicae cocciq uocati Arbore cap xxxx

Nux Indica quam uulgus indorum Naron, Strabo uero (ut quidam uolunt palmam uocat) a Mexicensibus Coyolli, alusitanis ob oculos quosdam cercopitheci similes Coccum a uulgo uero persarum, et Arabum nuncupatum Narel, Arbor est nascens palmae magnitudine, et figura, in cuius genus citra dubium est referenda, materie densa, fungosa, leui, et ferulacea, fructu orbiculari, aut paulo oblongiore, capitis humani amplitudine, duplici contecto cortice, externo uilloso, interno nido, praeduro, et nigri coloris, ut inferius latius dicetur, racematim dependente, ac menstruo, sed intra trium mensium spatium maturescente, interdumq septem, octoue racemis centum sexaginta libras pendentibus arborem suam onerante; cuius duo sunt praecipua genera, alterum fructui ferendo, alterum uero liquori euocando idoneum; Nascitur passim apud orientales et iam quoq apud occidentales indos, ac praecipue maritimis, arenosisq locis, Seruntur nucibus, et inde enatae transferuntur plantae, atq ita breuissimo spatio adolescunt, exibentq fructum, praecipue si diligenter colantur, et caelo gaudeant feruido, hyemi etiam, et cinere et stercori inspergi uolunt, et aestate aqua, ampliores tamen proueniunt iuxta aedificia, nam uidentur puluere et luto gaudere, in noua hac hyspania non unicum obseruatur harum

palmarum genus, diuersaq alia genera obseruantur in alijs
locis. Aliud namq litoribus australis pelagi prouenit fructum
ferens longe minorem predicto, eisdem tamen ut existimo
facultatibus, sunt et palme humiliores apud philippicas in
sulas ut a uiris fide dignis accepi, qua uix e terra erum
pere cum edunt fructum: sunt et alie uocate bahei, et
alie quas sac sac uocant: reperitur et altera nux que cocus
de maldiua appellatur de quo latius inferius tractabitur:
Vniuersa pene descripte plante partes sunt usibus humanis
aptissimae: nam ex ligno fouentur ignes, splendentq foci, fabrican
tur apud nonnullas nationes naues, nauiumq tabulata, claui exa
cuuntur, aptantur mali, construunturq edium tecta, stillat succus
ex tenerrimis huius germinibus atq racemis circa postrema
flagella gratis, et incisis, qui excipitur fistulis arundineis ua
sisue alijs, ac usurpatur pro uino, prima die suauis, tribus
aut quatuor sequentibus inde euadit, ac deinceps prorsus super
na caneus, et mustis, semper tamen ingratus, uirus olens:
crassos humores et flatum generans, modiceq humectans,
et calefaciens, et uino nostrali mitior, ac minus feriens
caput, si uasculis quibus excipitur nihil impendatur, quod ta
mulcapiat sit causa, quales esse solet Alangla: aiunt au
tem id generis uinum phtysicis mire conferre, adeoq esse
oportunum urina renumq uitijs laborantibus, ut uix sit
in philippicis insulis quemquam offendere, siue ex indige
nis siue ex nostris, similibus morbis affectum, emundatis
ea potione his partibus, comminutis expulsisq calculis: et
tamen ledere aiunt eos qui obstructione lienis precipue labo
rant ac hydropem patiuntur: ex hoc uino insolato aut alicubi

seruato per octo decemue dies acetum fit acerrimum, sed quod
nostrati minus exiccet, ac admotum igni statim acrimoniam
omnem amittat, quam obrem ferculis iam refrigescentibus
admiscetur: durat diutius, sed aqua admota quam celerrime
euanescit, atq; corrumpitur, ex eodem uino carbonibus imposito
spissatoq; paratur mel, ac sacharum, adeo suaue ut a multis
precipue indigenis uero sacharo ac melli quibus abundant,
preferri soleat; calida, et humida temperie constat, gustuiq;
gratum est, diu incorruptum permanet, mollit pectus, graui
dini confert, uentriculum cerebrumq; roborat, coctionemq;
iuuat: Nux uero binis tegitur corticibus nempe externo
qui uillosa constat natura, ac uelut canabinis stuppeisq; fila
mentis intexta, in dulci harum palmarum genere circa initia
eduli, et cinarae spiniferos recipiente acanthos sed dulciori et
minus adstringente aptissimoq; cohibendis dyarrheis, sacietati
curandi, et uentriculo instaurando, ex hoc eodem cortice paran
tur per opportuna lychnia inflammando bellicorum instrumen
torum pulueri, nauium funes, et rudentes firmissimi, et salsi
humoris iniurijs quam minime obnoxij: materiesq; stuppea pre
stans tabularum compagibus infarciendis, et quae madens in
tumescat, arctiusq; obseruat rimas, impetumq; maris commodi
us arceat: Interno altero cortice predicta operitur nux niti
do, preduro, et nigri coloris: parantur ex eo uasa pulcherrima,
auroq; et argento exornantur, utq; fama sit saluberrimum
reddere potum, ac paralysi neruisq; corroborandis (sit cumq; se
res habeat) ualde conferre: subest callus nucleusq; candidis
simus, eduli, ac sapore referens Amygdala dulcia, ex quo
contuso atq; expresso lac extorquetur citra ignis operam,

utilissimū, necandis uermibus, ac lumbricis, si octo unciarum
pondere addito sale, matutino assumatur, et precipue a pueris,
alijsq natu minoribus; miscetur quibusdam cibarijs parandis
ueluti oriza, candido uocato ferculo, et similibus, uerum cras
sum ueluti et ipsa medulla prebet alimentum, et concoctu dif
ficile; pituitamq multiplicat hominibus in quibus abundat, nec
tantillum delata noxa; cum tamen robustis, atq illius alimo
nia assuetis nihil inferat mali: ueluti experimento com
pertum est in his qui latronum insulas colunt, quibus est pre
cipuum nutrimentum, et uenerem impense excitat: Idem
nucleus solet delibrari, secariq in frusta, atq ita in loca
apud que non prouenit uendendus deferri; loco enim casta
nearum in usus reconditarum editur: quin ex ramentis nu
clei addita aqua oportuna mensura feruefactis, ac nimium
agitatis oleum supereminere solet, parandis ferculis dum
recens est non inutile, medicine uero usibus aptissimum,
dulce est, liquidum, splendidum, et oleo amygdalarum dulcium
non dissimile gustu: calida humidaq temperie constat: et
sex octoue unciarum mensura epotatum addita interdum
aqua ubi tamarindi aliquandiu maduerint uentriculum, inte
stinaq leniter purgant; et humores precipue melancolicos, atra
biliososq et pituitosos uacuare solet: tum tamen nucleus
aluum dicatur coercere, uerum recens extractum oportet
assumi: dolorem sedat, et precipue ortum a frigida causa, et
uulneribus mire opitulatur, nam et sanguinem sistit, saniem
extergit, coercetq dolorem, et tandem cicatricem inducit
oleo uocato apparisij est efficatius, quin pectus linit illi
tum, purgat infusum, et alia huiq innumera prestat auxi
lia: que difficile possent singulatim recenseri, sed ex fru
ctibus quorum superius meminimus extrahitur oleum, utile

lucernis crita parandæ, neruis contractis laxandis, articulorum
doloribus antiquis leniendis, et necandis lumbricis utilissimum:
nec predictos solum hec arbor prestat usus, nam unaquęque nux
continet intra se liquoris candidi sero lactis similis trium
ferè librarum mensuram, siti febribusq. extinguendis, calorisq.
contemperando idonei, medendisq. et extergendis oculis car
ne eorum absumendis, et emundandis mulierum cuti; eadem
aqua frigefacit, et humectat, emundat sanguinem, uentricu
lum, et uias urinæ purgat, sedat dolorem, inflammans oculi
medetur, et carnem in eis supercrescentem absumit: mede
tur pectori, ac pre grato constat gustu, maximè æstuantibus,
ac sitim sentientibus, et si sudori p[illegible]ndantur, et quantam
libet assumant copiam etiam matutino, et uentriculo adhuc
uacuo minimè uidetur officere; plurimum prebet alimen
tum, et aduersus biliosas febres est potio mirabilis, quin
etiam qua die pharmacum bibitur assumi potest: et si flatum
generet, sitq. uentriculi laxitatem patientibus, aut dyar
rheas merito uitanda; eduntur germina capitaue harum
palmarum, quæ suauissima sunt, sed cum certa arboris
iactura: subiectaq. suborientia folia non omnino sunt superna
canea, eis enim uinum palmarum percolatur, uicem pre
bentibus coli, ac calciamentorum interdum parantur solea:
De cocco autem quem de Maldiua appellant, ita sentiunt. Mal
diuas insulas aliquando continentem fuisse, inundatione tan
dem submersum hasq. reshhibi insulas, in quibus palmæ fuerint
obruerent, que hos protulissent coccos, qui terra indurati con
spiciuntur: an uero plantæ differant an ostri: cum nemo trun
cum aut folia inspexerit certo quis asserere [illegible], soli namq.
cocci nunc singuli nunc bini continenti in litus eijciuntur

quos nemini colligere licet nisi cum capitis periculo, eo quia ad regem pertinet quicquid e mari in littus ejicitur; inue niuntur autem isti cocci interdum pregrandes, interdum exi gui, figura ouali magna ex parte nigro ac nitido cortice con tecti; medulla seu pulpa interior que siccata dura est admo dum, et candida ad pallorem tamen inclinans, in superfitie rimosa est, nimisque porosa nullumque saporem habens: Magni est huius cocci usus presertim pulpe ipsius apud eas insulanum incoli genas aduersus uenena; aiuntque aquam in uasis ex hisce nuci bus paratis aliquandiu contentam ac conseruatam adiecto medul le momento ad coli dolores pulsa causa perniciosam assumptam esse utilem: necnon ad paralysim, epilepsiam aliosque neruorum affec tus, Vlyssipone hec medulla siccata reperitur uenalis magno tamen pretio, ibique magni estimatur, omnibusque aliis alexipharmacis preferatur; huius medulle ad decem granorum pondus cum

+ uino, aut aqua pro morbi natura exiberi consuetum est: et si eius usum nullius esse momenti aut parum conferre quoti die experimur:

De Achiotl seu medicina tingendo apta Cap: XXXXI:

Arbor Achiotl uocata ab aliis chacanguarica, ab aliis Pamaqua magnitudine est, stipite atque omni prorsus forma mali medice, foliis ulmeis figura, asperitate, et uirore similibus, colore extrinseco corticis trunci et ramorum fuluo, intrinseco in uiridem magis inclinante, et ligno ipso aculeato, et

— " candenti, floribus magnis stellatis quinum foliorum, ex albo rubrescentibus, et fructu erinacei simili, amigdalarum uiridium paruarumque forma, et magnitudine, quo tuor modicis distinctis angulis, qui secundum longitudinem discurrunt: hi cum maturi sunt dehiscunt, ostenduntque intra cauitatem grana quedam acinis uuarum forma simi lia admodum rubrescentia, prouenit ~~[illegible]~~ calidis regioni bus qualis est Huitxocensis, locis potius siccis quam humi dis, frigida est ordine tertio, et nonnullam frigiditatem

adstrictionemq participat: Indi maxime existimant hanc ar
borem atq ideo eam iuxta domicilia serere consueuerunt:
folia fert toto anno: ac fructum uere edit, quo etiam tempore
colligi solet; Materies utilis est igni uelutj e silice excitan
do, si lignum ligno fricetur: Cortex uero funibus texendis
qui sunt canabinis firmiores. ac semen pictoribus coccineo
colori exprimendo, innatans liquori aquæ frigidæ; nec minus
utile medicis, extinguit enim ex potum aut admotum febrien
tium incendia, opitulatur dyssentericis, repellitq tumores
preter naturam, quo fit, ut epithematis frigorificis potio
nibus uocatis Iulapijs, et quibus uis infrigidantibus ciba
rijs, et medicamentis misceri perquam comode possit: addi
tur semen cacaoatl refrigerij gratia commendandiq sapo
ris, atq coloris, dentium dolores a causa calida ortos lenit,
corroborat, euocat urinam, sitim extinguit, ac croci apud ali
quas gentes gerit uicem, excipiunt parando pigmento gra
na iam matura, ac in calentem aquam proijciunt, agitantq
continenter eodem modo semper donec totus pene color aquæ
hereat, permittunt demum subsidere, ac in placentulas effor
mant eodem pene modo quo diximus Amil seu mohuitli parari
ex xiuhquilitl ut cum opus sit in usus euocentur: est uero adeo
tenax hoc pigmenti genus ut semel illitum uix et si uehemen
ter extergas possit deleri, urina autem permixtum sit in
delebili, adstringit nonnihil ideoq cum resina permixtum
medetur scabei atq ulceribus, uentriculum corroborat, fluxum
alui cohibet, lac auget permistum crusis cacaotl quem reddit
innoxium, quacumq mensura bibatur, etiam siquidem gra
tia, facile ac citra satietatem incomodum solet concoqui

De Palma Bahei Coyolli dicta Cap. XXXII

Coyolli Arbor est stipitem fundens tenuiorem breuioremq

indica nuci, et columni forma, fructumq ante folio
rum divisionem cubiti unius intervallo, e viridi fulu
scentem, qua pingiun forma, et magnitudine qui pyri
parui est; cortice obductum crasso: callum densum, du
rum, candidis punctis interstinctum, et e rubeo colore
in nigrum inclinantem intra se continentem; quod adstrin
gentis est gustus, roborans; gestant quintam partem il
lius glandis ore indigenæ, et quocumq se conferunt
circumferunt, admixtam dimidio folio uolubilis buyo
uocati, et calci conspersam, uentriculum enim ita robo
rat, cerebrumq: coctioni auxiliatur, dentes firmat, uo
mitiones a frigore excitatas sedat, rubrificat, labra, nu
trit, et oris arcet fetorem,: Nascitur locis humidis phi
lippicarum insularum

De yeçotl seu palma montana cap xxxxiii

Yecotl seu palma montana, ab alijs quauhtepopopatli
seu montane scopæ medicatæ dicta, Arbor fruticans
est duos tresue ab radice stipites edens, folia longa,
angusta, crassa iridis, fere similia, sed longe maiora
alternatim ab extremis stipitibus orientia; flores albos,
odoros, racematim dependentes, ac sex constantes
foliolis, ex quibus generantur fructus strobolis simi
les,: Nascitur in locis montanis cuiuscumq temperiei,
frigida Arbor hec, et glutinosa natura constat: quo
fit ut germina tosta et in leuorem redacta epotaq, ali
quore quopiam adstringenti cum chia, aut bolo ar
meno dyssenterijs mire opitulentur, ac detineant abor
tum: Ius decocti foliorum, et radicis medetur syncopi,
epotum eo tempore quo persentitur inuasio: Sunt

qui dicant satietati quoque mederi contractae ab egritudine
aliqua, quod qui fiat nisi roborato ventriculo dijudicare
non possum: Non videtur silendum e folijs huius arboris
sitaporari linteis stamisque intexendis perquam acco
moda, politiora, firmioraque eis quae ex metl passim fieri
consuevere, madentibus in primis aqua, mox protritis,
ac lotis, iterumque et iterum maceratis, et insolatis donec
apta reddantur, ut neri possint, et in usus accomodari: Ma
teries est levis ac lenta:

De Nochtli seu Tunarum genere Cap: xxxxiiii

Etsi planta illa quam Haitini Tunam, Mexicani Nochtli, et antiquio
res (ut quidam decepti putant) Opuntiam, seu Pallam Arborem, aut si
cum Indicam vocant, nostro orbi non paucis ab hinc annis innotue
rit, reperiturque esse frequens, in maximam admirationem, qua sui ob
monstrificam formam, et crassorum spinisque horrentium foliorum per
tenuosum nexum spectatores traxerit, tamen quoniam nullibi
preterquam apud Indos fructus perficiat, atque maturet, concoquatque
nec possit de ea aliquid certius fieri iudicium quam ubi complet
poma, et frequentissime in mensas tum egrotantium tum bene
valentium hominum venit, libuit ommissa forma toto pene
iam orbi notissima varias eius differentias numerare, faculta
tes percensere, palamque facere quae amet loca, qua celi regio
ne gaudeat, quo tempore serenda sit, et quo fructum matu
ret, proferatque flores: Sumuntur ergo tunarum differentiae
interdum a floribus, qui iam crocei, albique per extrema reperiun
tur, extra lutei intra vero ipsius pomi colore, veluti in tlatoc
nochtli est videre: iam extra lutei intra vero ex albo in Coccineum
vergentes et nonnumquam quoque lutei: Sumuntur item a foliorum

arborisq; magnitudine, et forma, omnes enim in fruticis magni
tudinem tantum attolluntur, si excipias Tacanochtli, et Xo
nochtli quæ interdum quoq; arborescunt; Item a folijs alia
siquidem crassa sunt, alia tenuia, hæc spinis stipata, illa
raris brevibusq; horrentia: quædam rotunda, alia oblonga: et
cum nonnulla maxima sint, alia admodum parva reperiun
tur: sed potissimum ex fructu unde et nomina; quas Latinis
prosequemur: Sunt ergo tunarum species quod hic noverim
quæ in Mexicana provintia reperiuntur, Prima Yztac nochtli vo
cata, quod albus fructus eius sit, folia fert rotunda, parva
lenia, rarisque horrentia aculeis, florem luteum, fructum spi
niferum, et candentem, ac in fruticis attollitur magnitudi
nem: secunda quæ Coz nochtli dicitur quod pallentem pro
ferat fructum: folijs constat amplis, orbicularibus mul
tisque, et prolificis horrentibus aculeis: flore coccineo per ex
trema pallescenti, et pomo luteo, ac raro: Atlatzo nochtli
seu tuna ex albo in russum colorem inclinans, folia fert an
gusta, oblonga, impense aculeata, et nonnihil purpurascen
tia, quod est huic tantum generi peculiare, cum ceteris
omnibus viridia sint, fructum item valde spinosum, flo
rem extra luteum, intra vero ipsius tunæ colore: quartum
genus tlapal nochtli idest coccineum, folia fert tenuia, an
gusta, et oblonga sed breviora precedentibus, ac minus spi
nosa: florem ex albo rubescentem et parvum: pomum
item non adeo spinosum, et coccineo flammatoq; colore prædi
tum: quintum Itzaponochtli ob similitudinem quam ha
bet cum fructu a Mexicanis vocato Itzapotl, folia fert squa
lentia, ovi figura, quibusdam horrentia spinis, et flores

in his luteos ex albo in coccineum colorem vergentes: Cacanochtli seu herbacea sylvestris est, tuna in arboris magnitudinem attollitur, multis alijs concaua est, folijsque constans rotundis, paruis, et spinosis, sylvestri fructu iuxta iuglandem nucem magnitudine superante, sed spinis horridiore et pallidis floribus: est et xochonochtli similis forma cacanochtli sed tam folijs quam fructu acida unde nomen: frigidi sunt omnes ordine secundo humentesque (si excipias grana quae sicca et adstringentia sunt) natura: sunt etiam frigida et humida folia, saliuosaque, quo fit, ut foliorum pomorumque succus expressus ardentes febres maxime extinguat, sitim expleat, et arentia viscera humefaciat: Poma cum granulis loco cibi sumpta aluum dicuntur sistere, precipue si calor fluxus causa sit, gratum prebet alimentum refrigeransque, et sed flatuosum veluti ceteri horarij fructus obnoxium corruptioni: atque estuantibus iucundissimum, quam ob rem estatis tempore comodius aui dius mandetur precipue ab his quibus aut calida distemperies redundat: gummi fert renum, et urine calorem temperans succus, aut aqua stillatitia mirabilis est aduersus biliosas et pestilentes febres, precipue si cum succo pitahaye fructus miscea tur: honorem dedit huic pomo precellens uir Martinez Enri cus huius noua hispaniae preclarissimus prorex, qui eius usu frequenti a multis morbis ad bilem caloremque attinentibus quibus uexari solebat est pene liberatus: auxiliantur radices eius cum ieranei quadam specie enterocelis, herisipelatis medentur, ortum a febri calorem, aut alia quauis ex causa extinguunt, et iecinori uehementer concalescenti remedio sunt

folia eadem prestant, et decocta parataq cum chilli in frigidorum esculentorum ueniunt usum. ungunt Mexicenses carpentorum rotas nimio motu estuantes foliorum succo, atq ita peruri atq inflammari prohibent. Radicem etiam eius quae nonnihil amara est, aiunt mire ulceribus subuenire, montanis, calidisq magna ex parte locis proueniunt, et quamquam in frigidis quoq nascantur, in calidis tamen, aut temperatis saltim maturant fructum: florent primo uere, et fructum estate cum ceteris arboribus proferre solent: quouis anni tempore, sed uere maxime defossis utcumq folijs, aut pedibus conculcatis proueniunt, nullaq adhibita cura agunt radices, in iustamq attolluntur magnitudinem; Ad tunarum species pertinere uidetur Tetzihuactli quae cum natura, tum etiam forma similis esset nisi brachia caulesq teretem formam, et striatam sortirentur, et alia permultae de quibus fortasse distinctionis gratia proprijs tractabitur locis:

De Nochetznopalli seu Nopalnochetztli, idest cocco indico in tunis quibusdam nascente Cap: XXXXV

Reperiuntur apud Mexicanos in tunarum quodam genere Nochetznopalli, seu Nopalnochetztli uocato, hac sola ratione a pecorum, armentorumq iniurijs quibusdam in locis natura munitis asserto uindicatoq, uermiculi rotundi, extra candidi, intra uero coccinei coloris; interdum sponte ipsius naturae, interdum hominum industria atq diligentia semina superioris anni stato tempore tunis admouentium, quae indi Nochetztli, nostri uero Cochinilla fortasshis a cocco seu grano cuius species sunt appellare solent: sunt qui diuersam rem hos esse uermiculos arbitrentur, uerum et si non me

clam sit coccum nostri orbis non tantum quae nullo fere ibi reperi
untur, sed ilicis cuiusdam quam cusculium recentiores uocant esse
exerementum folijsq adherere, nec fructum esse neq semen, ideoq
facultate pollere minime adstrictoria, eiusq interna prestantia
et honoris gratia uocari chermes, exteriora uero quae magis
sunt uulgaria: adhuc grecam nuncupationem moretiens tenuis
sc: quare allucinantur qui chermes ab infectorio cocco differens
esse arbitrantur, tamen cum uermiculi ex hoc exeremento gignan
tur, quibus ut in his qui eti eunde genere hoc, seu ex eius semi
ni gignuntur, eqna tingendi lanas cocci neo colore natura sit atq
conditio, et promiscue sint huiusmodi uermes pictoribus tinctoribusq
utiles, firmum habeo ad cocci neum genus, unde (ueluti diximus)
fortasse Hispaniense nomen emanauit, nonminus ac eos quos
uocatae pampinula, teneriq radicibus apud peruinos innasci
fama est, esse referendos: ergo ex Nochezeli purpureus in
terdum interdum uero coccineus pro uaria parandi forma
conflatur color. sitq exquisitissimus si teratur ex aqua decoc
cti arboris tetzuatl addito alumine, atq subsedimento efforma
to in placentulas: Adstringit ex aceto tritus, admotusq in for
ma emplastri, uulneribus opitulatur, cor, caputq et uentricu
lum roborat, ac dentes egregie extergit: Purpurarum san
guine usa est antiquitas quibusdam in uenis guttaris caru
contento dum lanas tingendas curabat, et Tyrio honore dico
rabat uestes: uerum iam diu eo medicamento uti desijt orbis,
eandem repetiimus cum libebit pigmenta, ne q umq nouis in
uentis satiandus, aut pedem alioqui in tempore fixuris.

+

De Cacaua quahuit seu Arbore Cacai cap: XXXVI

At in Cacaua quahuitl magnae deteguntur humanae sortis volumina, in veteri siquidem orbe per [illegible] illa tempora quae vitae hominum erant necessaria, atque adeo apud alios cum deessent quae venda non rependebantur aere, nondum aureus, argenteusve circumferebatur nummus: aut procudum Regumve, aut principum simulacra metallis cernebantur insculpta: rerum vivebatur permutatione, ut olim factum cecinit Homerus: et fructuum quos recondebant facta alijs copia mutuum ferebant auxilium: tandem aera percussa, atque signata sunt, et Mille rerum effigies numismati impressae conspiciebantur: At in novum hunc mundum nunquam avaritiae signa penetraverant, aut caput erexerat ambitio, donec nostri in velis ac vento devecti impetum fecere. Non usque adeo splendebant illis argentum, atque aurum, quibus praecipue abundabant, avium pulcherrimarum plumae, lintea quaedam gossippina, aut gemmae, quae ea ferè affatim sua sponte tellus erat divitiarum, et copiarum summa; non dum Armillae, Torques, aut brachialia, nisi fortassis concinnata e floribus plebi innotuerant: aut margaritae erant illis in pretio: Nudi pene vivebant, vitam digebant hilarem, neque vastos congerendi thesauros, aut rei familiaris augendae veluti de futuro parum solliciti cura envigilabat: in diem vivebant, indulgebant genio, humili sorte sed tranquilla, et felici, et potissimis naturae bonis magna cum iucunditate potiebantur: Semen cacavatl erit illis pro numo, et eo praecipua vitae praemio cum opus erat comparabantur, duratque in hodiernum usque diem non paucis in locis hic mos: Quid mirum? quando quibusdam orientalium gentium Cochleae venereae, et alijs folia quarundam arborum, et alijs alia pecunia gerunt vices: quin

et ex eodem semine quo comertia inibantur ferviebant emporia,
et in varios dominos illius ope mercimonia transferebantur,
concinnabantq; potum, nondum vini conficiendi ratione reper
ta, cum tamen nonnulla vitium sylvestrium, ac genera lam
bruscarum apud illos suapte natura in sylvis passim prove
nirent, arboresq; et frutices quibus advolvebantur uvis aci
nisq; variorum colorum et pampinis condecorarent, atq; gravitate
sua incurvarent: De hoc celeberrimo semine et quod in nostram
usq; tempestatem, et nummi, et vini apud illos subeat vicem agen
dum est, ab ipsa arbore sumpto initio: Est ergo Cacava quahuitl
arbor amplitudine, et foliis mali medicae, longe tamen maioribus,
atq; amplioribus: fructu oblongo pepony magno simili, sed stria
to, ac russo, Cacavacentli nuncupato: semine cacahuatl pleno
quod semen ut diximus Mexicanis pro nummo est; Materiemq;
potionis eidem genti gratissimam praebet: substantia idem
constat pulla, in dispares divisa particulas, sed probe compositas
inter se, tenera, multi nutrimenti, subamara subdulcisq; et
temperata natura, aut paululum frigida, atq; humenti: Sunt
autem quo adhuc compererim quatuor huius arboris differen
tiae: Prima quauhcacavatl dicitur omnium maxima, et am
pliorem ferens fructum: Altera mecacacavatl quae medio
cri constat magnitudine, folio, ac fructum ferens magnitudi
ne a praedicto secundum: Tertia Xochicacavatl vocata mi
nor est, ac minorem profert fructum, semenq; extra rubescens,
intra vero ceterorum colore; quarta omnium minima, et
ideo vocata Tlalcacahuatl seu humilis pomum fert mini
mum haud alterius quam cetera genera coloris: quae diffe
rentiae omnes eadem pollent facultate, atq; eosdem usus

prestant, licet postrema potionibus magis inserviat, cetera
uero nimis aptiores, atq̃ comodiores sint: posset quoq̃ et
quauhpatlachtli ad earum arborum genus referri, sed amplior
est arbos, et ampliora folia fructusq̃, et semina, quae dul
ciora quoq̃ sunt ceteris, et pro amygdalis possunt tosta,
aut sacharo condita edi, atq̃ usurpari, quamq̃ parandae
potioni sint incomodiora, Nascitur in calidis fervidisq̃ regio
nibus, locis uliginosis, aquosis et humentibus: Acuta igitur egri
tudine laborantibus exiberi solet ex eo semine parata potio,
cui nihil preterea admixtum sit, contemperando eshui ac fer
uori placando, et his quos calida intemperies epatis alteri
usue partis uexat: si uero quatuor granis unica uncia miscea
tur gummi eius quod uocant olli, bibaturq̃, dyssentericus
affectus mire cohercetur, uerum sunt gummi ipsum ipsaq̃
grana prius torrefacienda: grana siquidem adeo pinguia
sunt, ut exprimere si libeat possis ab eis oleum: gummi
uero tenacissima, et ualde glutinosa ut prediximus; nimius
autem huius potionis usus uiscera obstruit, colorem inficit,
et ad cachixiam, et insanabiles alias morbos ducit: sed quoniam
ee composite, et simplices parari ex eo potiones solent, atq̃ hae nõ
unica tantum ratione, aut eisdem ex rebus, iam his iam illis
floribus, alijsue plantarum partibus in farinam redactis, et
adiectis, in eis enarrandis fuerit haud immerito aliquandiu
commorandum: Primum ergo potionis genus ex eo semine
parari solitum, Atatexli seu madens dicitur: fit hoc sim
plex, ex centum plus minus granis cacauatl crudis aut torre
factis sed probe contusis, et commixtis ei portioni frumenti
indici eo quo diximus modo redditi mollioris, quae utrisq̃ manib⁹

apertis coniunctisq; et in capacem figuram efformatis possit comode comprehendi, si uero libet parare compositum addes macaxochitl uocatæ plantæ xochinacaztli et tlilxochitl quæ suis describuntur locis: fructus contusos et commixtos reliquis mox uero quantum satis sit agitabis: transferenda autem excelsiori loco in aliud atq; aliud uas, hæc potio est, donec spuma demum excitata partibusq; pinguioribus, et ad olei naturam propē accedentibus ad superiora elevatis sorbeantur, tantum quæ leniora sunt, et gustui gratiora, aut seorsim maiori iucunditati degustentur, uis compositæ est uenerem excitare, simplex enim refrigerat, atq; impense nutrit: Aliud genus fit ex quinq; et uiginti granis cacaua patlaxtli totidem cacauatl frumenti uero indici pugillo uno, huic nihil addi solet ex predictis, illa siquidem calida sunt ex hac autem potione sola infrigidatio, et nutritio queritur: Tertium uero chocolatl uocatum paratur ex granis pochotl et cacauatl equa mensura quod magnopere traditur corpora impinguare, si frequentior eius usus contingat: ergo contrita omnia in fictili simouentur agitanturq; ligneo pistillo, donec portio pinguior magisq; spectans ad aeream naturam innatet, quam seponunt ac seorsim collocant, residuoq; immiscent frumenti predicti emolliti pugillum unum: postq; uero in liquorem sorbitioni idoneum omnia sunt redacta id pinguedinis quod seperauerant rursus commiscent, atq; ita demum tepidum potant: aut alijs sorbendum propinant: hectica febre consumptis, tabidis, atq; extenuatis mire utile: Aliud genus Atolé dictum, paratur ex frumenti indici, et cacauatl equis portionibus torrefactis, et modica quadam eiusdem frumenti emolliti parte decoctis, donec sorberi possint, quæ demum refrigescentia nutrimenti non medicamenti uices gerunt: Seritur iuxta quahucacauatl umbræ grata arbos Atlinam uocata, nullius preterea (quod nouerim) usus:

De Amacoztic seu papyro lutea seu Tepeamatl Cap. xx

Amacoztic, quam alij Texcalamatl seu Saxorum papyrum al[ij] Tepeamatl uocant: Arbor est cuius duę inueniuntur species: [pri]ma est Arbor magna folia ampla ferens, hederæ, obrotunda, ping[uia] purpurascentia, ac cordis ferè figura: corticem altera parte pallescentem ex uiridi, altera uero fuluum: in ipsis uero stip[i]tibus qui ficulnei sunt, et lenes in modum sycomori, fructum ficubus paruis similem, purpurascentem, semine minuto, ac fu[luo] refertum;: adheret saxis non mediocriter spectando miraculo: [fo]lia sunt saporis, et odoris insignis expertia, frigefacientis natura, atque humectantis. Ius decocti radicum linguam febri[en]tium humectat, pectoris doloribus confert; purgatque non durum excusso lacte pituitam, ac bilem per superna, atque inferna si uncias tres totidemque aquæ libris ad usque medietatis con[-] sumptionem incoquantur: lac eius medetur ulceribus labiorum ceterisque inueteratis: est et altera secundæ speciei arbor eo[-] dem nomine, ac temperamento prędita, quam uirgarum rec[en]tarum leniumque usum aiunt tantum prestare: Proueniunt chietlæ montosis asperisque locis, cautes (ut diximus indicat nomen) amplexa

De copalxochotl seu Arbore gummosa pruna ferente. Cap. xxi

Copalxochotl quę amichuacanensibus Pompoqua uocatur Arbor est folijs obrotundis, prunis hispaniensibus forma similis, seu fructu medi[o] malis, qui predulcis est ualde adstringens, et saliuam stillans impense glutinosam: Prouenit regionibus calidis et precipue Michuacanensibus: stillans saliua illim febres curat, medeturque dyssenterijs, ac dyarrheis. Materies est operibus intestinis aptissima, et ad diuorum simulacra efformanda ceteris prestantior: nam preter quam

quod se facilem artificibus prebet, nec findi neq. putrescere aut cor
rumpi est promptum resipit gummi Copal quahuitl unde nomen:

De Copalxochitl altera Cap: xxxxviiii

Est Alia eodem nomine Arbos, sed folijs maioribus quamquam similiter
obrotundis, et in paruam cuspidem desinentibus. fructusq. prunis aut nu
cibus inglandibus forma, et magnitudine simili: Nascitur Ilalqui
tenanci, fructus impense adstringit, conglutinatq, et esse si decoque
tur dulcis, ac saporis grati precedenti par, uiribusq. et forma conge
ner: ossis nucleus gustu suauis est, et lepre curandae si eo corpus
illiniatur perquam acomodus

De Tamarindo Cap: xxxxx

Consueuere Indi orientales atq. occidentales nec non aliae quam
plures nationes contra grecorum et Latinorum consuetudinem
plantas ipsas relinquentes sine nominibus, fructibus tantum et
floribus nomina imponere; quod in tamarindorum arbore uidemus
euenire: cuj cum nullum contigerit nomen peregrinum, aut fuerit
a Mexicanis impositum (Nuper enim est ad eas oras translata) fruc
tus tamen eius non unicum sed plura sint sortiti: Ita fit ut Ma
laiuari [redacted] Puli, guzarati Ambili, et apud Arabes Tamarindi
seu Indi dactili nuncupentur non quod Haec arbos e palmarum
generibus, aut palmis similis sit, seu fructus eius analogiam cum
dactilis habeat sed uel quia ita appellari libuit, uel quod fructus
digitorum quandam representant similitudinem, et si crassio
res sint, et magna ex parte longiores: est igitur Arbos nucis
inglandis magnitudine, aut fraxini amplitudine, ramis Dodrantali
bus, foliolis referctis minutis pluribus ad unum pediculum cohorenti
bus ruta similibus, sed longioribus, aut his quae fert Mizquitl
nocata Mexicanis, hoaxinnc, aut quahu nacaztli, Materie firma

siliquis indigiti incurvi, aut arcus figuram efformatis, quarum c
tex initio virens, et post maturitatem est cinereus, et aquo faül
exuatur fructus, nucleis satiuo lupino paulo maioribus, intus c
tentis, lenibus, et fului coloris, quibus abiectis, callo utuntur me
ci; dulcis, acidiq et iucundi saporis, ea est harum siliquarum
natura ut nocte folijs conuolutis sese afrigoris iniurijs munia
atq tueantur, interdiu vero suapte natura explicentur, et e penet
libus foliorum erumpant, ac prodeant; folia sunt saporis acidi e
suauis, atq ita ubi earum arborum suppetit copia in salsamentor
usum veniunt, citra aceti auxilium,: ex descriptione ergo
quam exibemus et vera huius arboris imagine ad uiuum expre
sa, atq representata, cunctis patere potest, haberiq in dubitatu
graecorum oxiphenica haud esse censendum arborem tamarindor
cum dactili non sint, sed siliquae (ut diximus) digitis in curvi
similes, quantumq aberrant arabes, et caligent recentiores, ad
unum omnes in eius descriptione (paucis exceptis) ex qua indi
care est promptum tamarindorum arborem numquam eos oculis
perspexisse; Nascitur iam iuxta Acapulci portum, et apud quo
huahuacenses, non longe ab urbe Mexicana, ubi eius imaginem
exprimendam curauimus, dedimusq operam ut passim serer
tur semine, deferreturq ad Hyspanias, sperantes quam celeri
me uberem huius nobilis medicinae prouentum euenturum:
frigida et sicca constant temperie, siliquae foliaq; siliquae bilim
concoquunt, pituitam incidunt, sedant calorem, et predictos humores
sed potissimum bilem expurgant: sunt qui uirentes siliquas cor
ticibus dumtaxat spoliatas, et addito sacharo egrotantibus pre
beant deuorandas feliciori successu, quam si acetato uteren
tur syropo humoribus. sed precipue biliosis concoquendis, et

ad uacuationem parandis. Alij aqua, aut stillatitio liquore in quo cum aliquandiu manserint expressi sint humorem biliosum ex purgant, ac tenuant crassiorem,: nec desunt qui nuces indicas uocato oleo permixtas epotent, atq ita leniter, et tuto uacuentur; aceti quoq usum prebent, precipue manna, et earum folia tusa herisipelati utilissime imponuntur: quae in hyspanias ceterasq orbis regiones ab orientalibus deferuntur, sale sunt condite, nec pure apportantur, ne uitiari putrescereue maris longinquitatis causa, aut iniuria contingat; fit ex eisdem recentibus adiecto Sacharo confectio, qua egregie, et citra molestiam ullam humores predicti, et concoquuntur et uacuantur:

De Xalxocotl seu pomo arenoso Cap XXXXXI

Xalxocotl Arbor est magna guayauus ab haitinis dicta, cuius tria reperiuntur genera, unoq ommisso de duobus tantum uerba faciemus. Primum ergo folia fert malimedice, sed minora, ac multis distincta interuenijs, flores candentes, fructum orbicularem granulis refertum ficuum granibus fert similibus, unde nomen arenosi; folia sunt auida, adstringentia, et ualde odora, scabiem curant et lohoribus solent adhiberi: cortex frigidus, et siccus est, atq adstringens: Jus decocti eius tumentibus cruribus fert open, et fistulosis ulceribus medetur, conferre quoq referunt surditati, et dolores uentris tollere, partium quarundam calidarum quarum expers non esse minime sentio; pomum calidum est ac [illegible] siccum, ac precipue exterior illius ac solidior pars, nam interior quae mollis est mitiorem uidetur preseferre calorem: cimices quadantenus olet, et tamen non postre[illegible] in mensis

imo iucundum permultis exibet alimentum, sed non omnino culpatum, et si quidam contendunt cochionem iuuare, et calefacere uentriculum ob frigus imbecillum. Secundum genus fructum fert longe maiorem, et horrido illo grauiq odore magna ex parte uacantem, et ob id habitum in delitijs: folia uero iurentia mali medici similia: Nascuntur in calidis locis montanis, et campestribus, et precipue quauhnahuaci ubi predicta genera passim uisuntur

De Planta Cachos uocata Cap LII

Offenditur in peruuiis siluis (quemadmodum auiris fide dignis accepi) Arbuscula Cachos ab indigenis uocata, orbicularibus nata folijs, tenuibus ac uirore tinctis, exaurato: fructu malis insanis haud absimili, eduliq referto exili semine, et compresso, nec ingrati saporis, quod urinam aluat euocat concretos in uesica lapillos comminuere, ac propellere qui cumque urinae meatus occludunt, an uero hec sit aliqua ex his quas apud nouam hyspaniam descripsimus, aut depingendas curauimus cum illam numquam uiderim iudicare nequeo; id facient peru... ri ad quorum manus hi libri peruenerint:

De Hoitzmamaxalli Cap LIII

Arbor est Hoitzmamaxalli folia ferens Mizquitl seu tam... indi, flores luteos, siliquas edules, ac cornua taurinis ualde... milia, in arboris stipite, ac ramis procurrentia, folia que mult... uidentur saporem presefere gustata uenenis dicuntur aduers... ri, uenenatisq serpentium ictibus tusa et uulneribus prius scari... ficatis admota, aiunt sex horarum plus minusue spatio uenenum omne ... atq extrahere: et interim nigrum contrahere colorem: generantur preterea in era corniculos formica que...

tenues fulueq, et nigricantes quarum morsus noxius est, do
loremq, integrum diem durantem excitans, harum oua uermi
culorum referentia figuram redacta in puluerem, et auribus
inieeta, instillatusue foliorum succus dolorem earum sedant
ac dentibus applicatus succus eorum quoq, placat dolorem. Na
scitur in calidis Huaxteca propinquisq, mari septemtrio
nalibus locis, siue edita sint siue campestria.

De quauhayohuatli cap. liiii.

Quauhayohuatlis ab alijs quauhtlatlatzin seu crepitans dicta
arbor, cuius fructus a nostris auellanae purgatricae nuncupan
tur ab ipsa facultate nomini imposito, Arbor est magna sti
pitem fundens magnum, fuluum, et contortum, ex quo pro
deunt utrinque rami, folijs rhododendri angustis, et lon
gis: fructu orbiculato pontificis nucibus simili; Prouenit
in pahuatlani nec non yhualapa iuxta littora oceani au
stralis, Huius fructus nuclei quini, septeniue pituitam mire expurgant, dumtamen paululum torreantur,
ac contundantur, et in uino permictantur aliquandiu
madescere, ac membrana quaedam eos circum uestiens
auferatur.

De quauhayohuatli seu cassia fistula cap. lv.

Quauhayohuatlis quam nostri cassiam fistularem aut siliquam
uocant. Arbor est magna stipitem cinereum fundens, lauri
nae peni folio, flores luteos, stellatos, ac racematim de
pendentes, e quibus siliquae prodeunt notissimae, quae
dum tenerae atq, recentes sunt sacharo condiri solent,

atq ita trium unciarum pondere deuoratæ bilim, et pitui[...]
citra ullam noxam uacuant, de siliquis maturitatem p[...]
fectionemq adeptis earumdem uc uiribus, et usu iā tanto
hunc uerba facere superuacaneum esset: Nascitur iā calid[...]
regionibus, qualis est yauhtepecensis, et hoaxtepecens[...]
hortensibus et campestribus locis

De quauhayohuatli seu semine Arboris cu[...]
curbitinæ nuclei pinus forma purgante cap lvi[...]

Arbor est mediocris magnitudinis, folijs magnis, Lappæ si[...]
milibus, obrotundis, et angulosis: fructu quibusdam prum[...]
nucibusuc iuglandibus simili, strobolinos ternos continen[...]
totidem secretos cauitatibus, nostratibus pineis nucibus [...]
ma, magnitudine, crusta et nucleis pares, sed facultat[...]
uiribusq longe dissimiles, quando hi iā pollent per su[...]
na, atq inferna sed maxime per superna expurgare humo[...]
res omnes, præcipue crassos atq lentos, quamobrem adue[...]
sus uetustas ægritudines magna ex parte sumuntur, qui[...]
septenum, semper tamen impari numero nescio qua effic[...]
ci ratiocinatione, aut causa: uerum prius solent reddi [...]
refactione mitiores, resolui ex aqua, iā inoue et in eis aliq[...]
diu macerari, calida pinguiq natura constant: Nasci[...]
in agris calidarum regionum qualis est Icpicuacuilcensi[...]

De quauhtlatlatzin seu arbore crepitanti cap. lvii[...]

Quauhtlatlatzin idest Arbor crepitans sic dicta quia e[...]
fructus cum maturuerit strijs aliquot crepitantibu[...]

dehiscit, rumpiturq, tanto impetu, ac sonitu, ut veluti tormento quopiam bellico iactatum, etiam longissime euolet: Arbor est magna, folijs mori, longe tamen amplioribus, serratis per ambitum, multisq, distinctis interuenijs: sapit subito: fructu orbiculari, ex utraq, tamen parte compresso, ac melopeponis instar seriato, includenteq, intra se duodecim, aut amplius nucleos, candidos, orbiculares argenteo denario, aut verticillis quibus fusa torquentur forma, atq magnitudine, similes; bini ex his detracta quadam interiori, ac media membranula, quae solet inducere anxietatem, humores omnes per superna, atq, inferna sed precipue pituitam, atq bilim detrahunt: securum, et felicis successus medicamen, mediocriter calidum, et morbis a frigore ortis convenientissimum; torrefiunt ergo mediocriter, et resoluuntur ex aqua, atq, ita matutino epotantur: Nascitur in calidis locis quibus esse admodum familiares:

De Ahuaca quahuitl cap lviii

Ahuacaquahuitl seu arbor quercui similis cui fructus appendet Arbor est procera, mali medici folijs, uirentioribus, amplioribus, et asperioribus: flore paruo, ex albo pallescenti; fructu oui forma, sed interdum maiore, aut si mauis ficuum precocium forma, et magnitudine, extra nigro, intra uirescenti: pinguis qua butirum emulatur natura, et sapore uiridium nucum, folia sunt odorata calidaq, et sicca ordine secundo temperiej, quam ob rem comode lotionibus adhibentur, pomaquoq, calefaciunt, gustuisunt

grata et non omnino male alimonia, sed pinguis humentisq. [...]
et uenerem mirum in modum excitantis, augentisq. Semen
hec nucleos continent e candido in rubrum uergentes, soli-
dos, duros, nitidos atq. in duas fisos uelut amygdalas partes quam u[...]
oblongi sunt, et columbinis ouis paulo ampliores, hi sapore am[...]
larum amararum constant, funduntq. si prelo comprimantur
oleum amygdalino haud absimile, non odore modo, sed sapore q[...]
et facultate: medetur enim impetigini, stygmatisq. adstri[...]
ne quadam opitulatur dyssentericis, ac findi capillos prohi-
bet, Arbor toto anno uiret, et quibus his regionibus sponte
aut culta adolescit, ac gaudet calidioribus tamen planis[...]
locis letior prouenit et in maiorem assurgit amplitudinem

De cochitzapotl seu Tzapotl somnifero cap. Lviii

Arbor magna est cochitzapotl atq. incondita folijs mali me-
ca, raris, ac teretis, stipite albis neruis distincto: floribus pa[...]
lentibus, et modicis: fructu uero cotonei forma et magni-
tudine, uocato a nostris hyspanis alba tzapotl: eduli, sapor[...]
grati, sed non admodum salubris nutrimenti, et ossis nucleo
letali, ac deleterio; nascitur in calidis, frigidisq. regionibu[...]
Cortex arboris siccus est, ac paulisper dulcis, non sine qua-
dam amaritudine: folia trita et apposita nutricum papi[...]
infantulorum medentur dyarrheis; ossa usta et in fari-
nam redacta opitulantur ulceribus putridis, uitiata carne
prorsus excesa, atq. absumpta, purgato ulcere carne ge-
nerata ac cicatrice mira quadam celeritate inducta: po-
ma ingesta somnum conciliant a quo nomen inuenerun[...]

De quautzapotl seu anona cap lx.

Quam Mexicani quauhtzapotl uocant, Haitini Anonam appel
lare solent, sub quo nomine apud hispanos huius noua his
paniae colonos frequentius circumfertur, alij uero tzeautltza
potl, Arbor est magna amplaque, folijs mali medicae sed an
gustioribus, floribus candidis, tricuspidibus, similibusque pyris
musteis, gratia, et suauitate odoris, fructu desuper punctis ful
uis, ac uirentibus uariato, melonis fere magnitudine, nec ab
simili illo matzapotl; cuius interna quae nigro semine par
uoque scatent, ferculo uocato ab hispanis candido, mollitudine,
colore, et sapore similia sunt, non tamen pari gratia, atque
nutrimento, quod flatuosum est, neque admodum probati
succi, nuclei huius pomi diarrheas sistunt, et si accipe
rim inter tzontzonatl ac diuum seruatorem genus quo
dam anonae prouenire, cuius seminis nuclei decem, duo
decimue deuorati leniter, ac sine molestia bilim, ac pituitam
purgent: Nascitur regionibus calidis qualis est haitina
insula, et prouincia noua hispaniae quauhnahuacensis

De quauhxilotl cap lxi.

Arbor est quauhxiloc magna ferens fructum similem spicae
maizij iuxta aquarum decursus, folijs ternis ocimino pro
ximis, sed maioribus, et latioribus, spinulis undique hærenti bus;
candentibus floribus cymbalorum figura, fructu cucumeris
falcati forma, uiridis coloris sed in luteum uergentis, striato,
eduli crudo, coctoue, praedulci et galliam uocatam mira simili
tudine olente, quamquam facile is odor euanescat, nec perdistat
diutius: prouenit in calidis yauhtepecensibus locis, Sus decoc
ti foliorum medetur surditati, e frigore prouenienti instillati

auribus, calida enim siccaq ordine primo constat natura, ui
di aliam arborem fructu et nomine iisdem atq natura sed spi
nis carentem, foliis serratis, pennatisq ramulis: seu diffe
rant specie seu ea diversitas soli, tantum aut etatis ratione
contingat si pretermittatur nihil refert

De Coacamachalli seu Maxilla colubri Cap. lxii

Coacamachallis aptiorum forma colubri maxillæ simili uo
cata, Arbor est magna, folia quadantenus forma ferens, ac
quadantenus similia foliis coanenepillis, et si uolubilis ill
est, hec autem arbor magna; semen uero exile, et spicatum
iuxta ramorum extrema, et siliquas refertas semine le
tium figura, Nascitur stoaxecpo censi agro iuxta mon
tium fauces, folia illita dolores, etiam alui indica orto
mitigant; auxilianturq tensioni, sapor est adstringens, d
cis, et aliquantisper glutinosus: temperies quodammodo
gens, aut moderate calida:

De Ilapal ezpatli seu fluentis sanguinis
medicina Cap. lxiii

Ilapalezpatli idest fluentis sanguinis medicina, ab aliis
ezpatli nuncupata, Arbor est mediocris, folia ferens ori
gani florem paruum, et candidum yzquixochitl simi
lem, racemacim dependentem: fructumq ne ferrunt nu
lum, floret mense septembris, gaudetq locis gelidis, monto
sisq, aut aliquanto calidioribus: Jus decocti corticum eius
urinam elicat, et quicquid ei impedimento esse potest,
maxime si cum tlaltlaca cui tlapilli miscatur, sanguinem
per colem fluentem cohibet, ipse uero cortex aluum cohe
cet, frigida siccaq, et nonnihil adstringens constat natura:

De Chichictlapalezquahuitl seu di Arbore rubri Sanguinis amara Cap: Lxiiii

Arbor quam Mexicenses uocant chichictlapalezquahuitl folia fert oblonga, obtusa, et circa pediculum sensim attenuata, ;lac primo candens, et tandem rubrescens effundit, unde nomen: flore, et fructu, aiunt carere, Nascitur apud quauhnahuacensem agrum, temperatis plagis aut paulo frigidioribus, calida, glutinosa, resinosa, odoraq; et adstringenti constat natura; Cortex sapitis eiusus, ac sex obolorum pondere epotus ex aqua sanguineam expuitionem per se cohibet, adstrictoria quam participat ui: et inflammatis oculis medetur

De [illegible]huapatli Tilacensi Caput Lxv

Arbor est Magna ahuapatlis, spinosa ferens folia, et Ilicis folijs similia, sed paulo longiora: florem autem paruum, luteum, et orbicularem; ac demum nigrescentem fructum; stipes pallidus intrinsecus est, nascitur in collibus, planisq; locis mistica superioris, ;stipitis ramentorum decocti Ius ictericis dicitur magnopere conferre, et his qui bilis redundantia gratia cordis uexantur affectionibus;

De Auuetl, et Ahoehoetl Seu timpano Agueo Cap lxvi

Non ob aliud nuncupata est hec arbos a Mexicensibus Auuetl et Ahoehoetl quam quod iuxta fluminum ripas ac aquarum fluenta nasci soleat, et ex ea Indi timpana qui ueuetl et teponaztli uocant consuescant parare: etsi alij dicant non ob Id sed quia iuxta aquas ab aere tacta edat fragorem, Id Nomen; sortitam: precipue cum timpana potius ex Materia tlacuilol quahuitl. et capolin quahuitl fabricentur: Hispani qui ad has oras transfretarunt et sabinam et cedrum ob ~~materie~~ materiei rubrum colorem uocant: At neq; sabinae neq; cedri species est ulla, sed in abietum genus citra dubium

referenda, nam preter fructum omnemq faciem, qua nostre peni
faciunt sententie, Materies ut diximus mollis et lenta est, corrup
tiq. et uitio abunde obnoxia, maxime si terra defigatur (cum ce
na dicatur esse immortalis) intra aquas namq integra diutius persi
rat; quo factum est ut consueuerint Mexicenses heroes atq reges ea
ueluti basim et fundamentum edibus que sibi circa hanc paludem fabri
cant subijcere: Demum Michuacanenses periamum uocant; Sunt a
tem quatuor quo adhuc intellexerim huius arboris differentie, inter
se magnitudine, colore, et fructu distantes, quedam siquidem illarum
altissimas pinus longitudine, atq amplitudine superant, et candide esse
reperiuntur, earumq nonnulle quatuor et uiginti, aut amplius pedes
crassitudine equant; alie quarum materia quoq candens est, et ru
brum cor, siue medulla, his cedunt magnitudine, et nuces pineas
resina refertas producunt, sed que uulgares oleas minime ma
gnitudine uincant, quas pictas libuit exibere, quoniam in his
ceterarum omnium formas ostendisse atq expressisse sat fuit:
alie his quoq inferiores spectantur, sed rubra materie, et orbi
culatiore coma, postreme et que omnium minime sunt uix malos
medicas uulgares uincunt magnitudine, quibus materies rubra est,
et candens medulla; cortice omnes teguntur rubeo, foliaq ferunt
abiegina, et si minora et exiliora, ex omnibusq resina si non
sponte, at flammis liquata fluit: forma esset eadem qua nostrati
abieti, ni folia ut diximus tenuiora, rami depressiores, et fastigia
acuminatiora assurgerent: assule in uasa fictilia coniecte oper
teq igne supposito resinam effundunt, sed neq ea sponte manat,
aut quicquam simili uocato oleo, quod ebullantibus uesticis circa
stipites abietum indicarum (quas tamen a nostratibus ni digi
tum latum discedere quorundam sententia est) erumpere con
sueuit, stillant: quibus in regionibus proueniunt, atq ita possent
facile transferri ad Hispanos, si circa fluenta, stagnantesue aut
lente fluentes aquas uliginosaue loca semine, talea, aut uiui

radici

radice serrerentur, et si ommium minime longe ab aquis et nasci et seruari soleat: toto anno proueniunt, totoque anno resina ab eis euocatur sed nullo tempore alio loco inueniuntur florere: Ergo sapor huius arboris de qua fit nobis sermo acris, adstringensque percipitur, non sine quadam amaritudine, et odoris suauitate, temperies calens est, et sicca ordine tertio; nam et resina eius abietina longe acrior, et calidior est, et uiribus ut diximus uehementior,: Cortex ustus adstringit, sanat ambusta, desquamatamque et exesam cutem: [illegible] cum lythargirio, et polline thuris ulcera curat, ac cicatrice obducit; exceptus cerato myrthino: tusus cum atramento sutorio serpentia ulcera cohibet,: fetus, ac secundas subsito trahit, uentrem adstringit, et urinam euocat; folia tusa atque illita crurum scabiei et tumoribus medentur: molliunt inflammationes, et ab eis tuentur uulnera; dentium dolores prohibent si eis colluantur ex aceto, uanos et citra ullam rationem obortos timores pellunt, sex obolorum pondere ex mulsa epota conferunt epaticis, fructus, tedaque idem prestant, resina huius arboris acerrima est, uehementissimi odoris, et quarto ordine calefaciens, dolores ortos e frigore sanat, morbo articulari e frigida causa profecto mirabili celeritate medetur; flatum discutit, dissipat et rauca ortos tumores; laxat neruos qui ab humoribus crassis sunt distenti, et resolutos purgat, atque roborat; denique eis omnibus prodesse solet quibus curandis cetera mitiora medicamenta frustra sunt tentata: aut parum profecerunt::

De Bitonco capue Lxvii

Arbuscula est Bitoncus ulnam unicam longa: stipite firmo, intus candenti, et uirescenti subfuscoque circa exteriora; folijs ternis, sed eo quod medium est acuminato impensius, ac hastarum mucrone rubus simili, alijs uero binis minoribus, et orbiculatioribus: [illegible]

nascitur in Philippicis sines: Radix alba est, tubaq (dic qua suo loco) odora, et calida et sicca, natura constat ordine tertio, aliquantisper amara, odorataq, et acri: membra laxa corroborat, et ventriculum, ac caput firmat; radicis tantum est in medicina usus, quae licet adstrictionem nonnullam praeseferat, moderate tamen vacuat citraq noxam, et anxietatem ullam: ita ut quamquam egregium sit et magnopere commendatum alexipharmacum, inter pharmaca quae vocant benedicta posset meritissime collocari, atq recenseri.

De Itzopilotlzontecomatl, seu capite aurae Cap. Lxviii

Itzopilotlzontecomatl seu Itzopilotl arbor est magna, folia ferens longa, et angusta, fructum magnum, et oblongum; nucleos quosdam planos includentem amaros, pectori amicos, ac referentes amigdalarum amararum saporem; et si demum musci odorem relinquant, et fetidum saporem; provenit Huitzoci ubiq sed praecipue in collibus: Nuclei calidi sunt ordine fere tertio, et oleaginoso quodam liquore, atq emolliente manantes, demum vires olei amygdalarum amararum videntur referre; atq ita tumores preter naturam discutiunt, tussi medentur, emolliunt pectus, infusi naribus caput expurgant, et ulceribus conferunt, quin oleum expressum huius fructus faciem feminarum emollit, atq extergit

De quamochitl seu arbore fructus crepitantis maizio similis Cap. Lxviiii

Spinifera arbor est quamochitl folia mali punici ferens, paulo tamen obtusioris cuspidis, et capitula in postremis viticulis epythimo similia, maiora tamen, ac siliquas e purpureo rubescentes, refertas nigricanti semine, quod licet edule sit et gravi saporis, halitum tamen inficit, insuavemq conciliat odorem, nascitur in calidis regionibus qualis est Cuauhchinar censis quibusq locis, Cortex radicis frigida, et adstringenti natura constat, dyssenterias aliosq fluxus cohibet, folia cum sale ac

siliquastro medentur satietati, cum folijs vero palmarum abor
tum cohercent, succus seminis in stillatus naribus humores
aquosos a capite affatim trahit, Idem prestat puluis effi
catiusq cum ruta, adeo ut uermes ulcerum internorum per
trahat:

De cacaloxochitl seu flore coruino Cap lxx

Arbor est cacaloxochitl mediocris magnitudinis folijs mali
medice, longe tamen amplioribus, ac frequentibus, a dorso in late
ra uenis discurrentibus, fructus sunt siliquae per magne, et
fuluae, flores magni, pulchriq, et suauis odoris, quorum magnus
est usus. Floribus namq adhibentur manipulis torquibus, atq
corollis, quae indis sunt frequentissima, tam magno in precio
habita, ut neminem cui reuereantur his in primis non oblatis
audeant adire, aut salutare; lacte manat, frigefacit, con
glutinat, atq imposita pectoris dolori medetur orto a calore:
medulla eius ouarum dragmarum pondere deuorata emun
dat uentriculum, et intestina; Plura sunt harum arborum
genera, floribus tantum distincta, quas singulatim imagi
nibus curauimus exprimendas, sunt enim quae flores ferant
coccineos, uocenturq tlapalcacaloxochitl sunt quae canden
tes dicanturq iztacaxochitl, nec desunt aliae quae e. uarijs
colorum differentijs uaria sortiantur nomina, uelut tlauh
quechulxochitl, tlilloyxitl, ayotectli, et siqui sunt huius
modi aliae quae omnes in regionibus multis huius nouae hispa
niae offenduntur, sunt qui species has omnes cacaloxochitl
uocare soleant, asserantq corticem earum cum cortice Nanetin
in puluerem redactum deuoratumq, atq ius decocti bibitum,
enixas magnopere corroborare, atq sancire quod tamen ui
detur absurdissimum:

De Capolin seu ceraso dulci indica cap. lxxi

Arbor est Capolin mediocris magnitudinis, folijs amygdali, aut cerasi nostratis, minutim serratis: floribus racematim dependentibus, ex quibus acini fiunt cerasis nostris forma, colore, magnitudine, ossibus, nucleis, nec non et sapore (nisi is morum bati quadantenus esset) omnino similes: quo fit ut existimem arborem hanc in cerasorum genera referendam; et si sint quibus uideatur ad lothorum differentias pertinere: Acidi paulisper fructus sunt, et adstringentes, et si iam tempestiui, et exquisitam maturitatem assequuti dulces euadunt, et magnam austeritatis partem amittant; gustui sunt grati adeo ut ex quorumdam non parum sagacis palati sententia nostris cerasis non uideantur inferiores: Temperata calida sicca q et nonnihil adstringenti natura constat: fit ex eis panis pretioq in annona, et uini caritate, nutrimentum prestant melancolicum, et cordi quadantenus inimicum: dentes inficiunt nigro colore, si quis eis diutius assuescat; sed qui si cura adsit possit facile extergi, ac denti fricijs emundari, et tamen non desunt qui ceteris horarijs fructibus etiam ueteris orbis audeant eos anteponere: uere floret hec arbos, fertq per uniuersam fere estatem fructum: Temperato celo gaudet, quale est Mexicanum, ubi hi Arbores in hortis campestribusq locis, et humana diligentia, et suapte natura proueniunt, Ius decocti corticis eius insolatum quindecim integros dies, ac deuoratum dragme unius pondere dyssentericos curat, puluis uero eiusdem argemata discutit, uisum clarificat, oculorum inflamationibus opitulatur, ac linguam pre uehementi ardore arescentem lenit, quod etiam germinum liquor, aut succus prestare solet:

De Calamaio cap lxxii

Arbuscula genus est Calamaium duas differentias com plexum, prioris radix colore est extra fusco, intra uero rubrescenti, binum digitorum crassitudini, et pingui cortice tecta, initio insipida, deinde uero modicum ostendente calorem; Alterius radicis color est arentis arundinis, extra intraq; sapore, et colore ligni quod luteum est; folia utriusq; laurinis similia sunt, sed ualde aspera, utriusq; etiam radicis ramenta ex aqua resoluta, et emplastri modo applicata tumores preter naturam discutiunt, aut maturant, exterguntq; apertos carne implent, et ad cicatricem perducunt; curant hemor roidum omne genus in oleum iuglandium indicarum con iecta, illataq; post tertium diem calentia adhuc, nec ante adhibita quam earundem radicum suffiantur uapo re; exultant philippicarum insularum sabulosis locis, et mari propinquis

De Coco quauhitl uaxacensi cap lxxiii

Arbor est cocus quahuitl leguminis folia ferens, et cir ca eorum exortum exiles flosculos, ac rubrescentem succum, frigida siccaq; constat natura; syncopi, et lassitudini di citur comferre, succus semiuntia deuoratus mensura, se mel aut bis singulis quibuscumq; diebus:

De coconam cap lxxiiii

Arbor est coconam stipite fusco candidis tamen punctis, distincto: folijs senecinoribus, floribus in muscarij modu albis, et rubrescentibus ex albo: folia tusa, ac resinae permix ta tinee, ac lichenibus medentur imposita: haec amara

sunt, et adstringentia, secundoq; exiccant et calefaciunt ord
ne: nascitur in iugis ytztolaca, planta insignis est ob duo mor
borum genera fere insanabilia quibus dicitur mederi:

De Enguamba Cap: lxxv

Arbor est enguamba mediocris, suburneo cortice uesti
ta, sed luteo, et rubrescenti; ligno fusco, et pallescen
ti medulla, folijs oblongis, et sinuosis, quorum nerui
quoq; e pallido purpurascunt, infernaq; sunt ualde sub
albescentia, floribus in corymbi formam dependenti
bus, qui candescant e uiridi, fructu acinoso, nigroq;
ex quo oleum exprimitur pallens, tumoribus preter
naturam discutiendis, et persanandis ulceribus mire
utile: Nascitur in saxosis locis uruapa prouintiae
michuacanensis, ad temperiem aut nonnullum acti
nentis frigus.

De Tepeyzquixochitl seu yzquixochitl
montana Cap lxxvi

Arbor est magna Tepeyzquixochitl, folijs yzquixo
chitl, sed maioribus: floribus candidis, calicibus hir
sutis contentis, ac in magna muscarca compositis:
odore tamen expertibus yzquixochitl quoq; florum
forma similibus, frigida natura siccaq; et ads trin
genti constat: et sapore paulisper dulci: Cortex tri
tus dolorem, ardoremq; gingiuarum tollit, easq; ipsas
tumentes residere cogit; dentes firmat commansus, et
deuoratus duarum dragmarum pondere aliui sistit de flu
xiones; Nascitur cocolani et chietla calidis regionibus

De yhuixochitl seu flore pennas
auium referente Cap. lxxvii

Arbor est magna yhuixochitl folijs oblongis, incurvis, quinis, per interualla prodeuntibus, ac illis pinahuitzli non dissimilibus, flore rubeo pennis auium simili, unde nomen; sunt et alia huius arboris genera, quorum alterum flores fert candentes: alterum uero albescentes ex uiridi, cætera similia; Aiunt indi eum qui ferat secum eius arboris ramum gratum fieri, et amabilem cunctis, cum quibus inierit consuetudinem, gratiamque apud heroas, ac reges aucupari, obtinereque quicquid petierit ab eis, quoad temperiem spectat. folia frigida, et adstringentia sunt; febres extinguunt, inhibentque fluxus; floret uere primo ac calidis humidisque locis prouenit:

De ytziperequa cap. lxxviii

Arbor est ytzperequa persico paulo maior modicam effundens umbram, folijs limonis, crassioribus, ac minoribus, odoratioribus, ac gustu magis iocundis quam sint laurina: semine coriano simili sed paulo maiore, primo uiridi, ac demum nigro; Arbor est fortassis in lauri speciei referenda: Nascitur in frigidis Tancitari prouinciæ Michuacanensis atque in ipsius cœnobij uiridario; folia epota ex aqua duarum drachmarum pondere diarrheas sistunt, illita uero dolores tollunt, tussique dicuntur mederi, seu ipsa per se sumantur, siue carnibus incocta inde epoto ferant opem: sunt enim calida ordine tertio, et impense adstringentia:

De Quauhayo seu urenti arbore cap. lxxviiii

Quauhayo arbor ab Haitinis quasi dicta, est arbor magna, foliis mali medicae, fulvis, hirsutisque, et minime diciduis, pinguibus, mollibus, et e viridi in squalidum colorem tendentibus, insignibusque, interveniis multis, luteis, aut flammeis, fructu urenti unidonis forma, et magnitudine: hac urentis est natura, quo fit ut iumentis ad eam arborem sese confricantibus, atque scalpentibus fluant pili, aut si eidem decubuint, quin homines aliaque animalia sub illius umbra captantia somnum incidunt in pilorum defluvium: hac attacta membra exulcerat, tanta est vis huius mali: quodque magis mirere cortex huius arboris frigidus est et siccus, nulliusque caloris: et ius decocti eius non modo citra noxam ullam epotatur, sed articulorum solvit dolores, et medetur scabiei bibitum, aut illitum, ac diarrheas (ut quidam indi medici asserunt) coheret, quin hac praedictum lepram, ophiasim, impetiginem, ceterasque cutis infectiones si prudenter adhibeatur exsiccat, ulceraque insanabilia curat; sunt qui affirment corticem duarum dragmarum pondere redactum in pulverem, atque devoratum alvum laxare, quod qui fieri possit non est facile iudicare si diarheas cohibet, nisi compressione quadam vacuet, aut omnino excutens adstringat; Nascitur in frigidis, montosisque locis Tepoztlani: et calidiora non refugit:

De Tlatzcan cap: lxxx

Vocant Mexicani Tlatzcam seu materiam fragilem, et vitream, eam arborem quam latini antiquiores et inter eos Plinius cupressum fusam vocare consueverunt; hanc

ergo insignem arborem memoratam a grauissimis authoribus a nullo autem quem nouerim in nostro orbe uisam delinean dam, describendamq. statui: tum qua dictum est ratione, tum quod apud hanc nouam hispaniam cuius plantas pericli tamur, et describimus est ualde familiaris, et frequens qui busq. locis sed precipue temperatis et ad frigus attinentibus seritur mini radice: seminauit has Arbores et diligenter cura uit excolendas, habendasq. in delitijs cuitla hoatzin iztapa lapa regulus; ergo eadem ei forma que uulgari cupresso inest, sed patulis ramis et diffusis ad latera, et ad inferiora pene prospectantibus, unde nomen; eadem etiam natura sed materies odoratior, neq. inteslinis inutilior operibus, amat montium cacumina, et acclivia eorumdem loca, iugaq.: et ex celsos colles iucunda perspectus amenitate exornat: fructum fert toto anno uulgaris cupressi, sed paruum, et ponticis nucibus quas auellanas quoq. uocant parem: Ius decocti bi bitum rigores febrium sedat, ac febres ipsas puluis ex aqua epotus, Ceteri uero usus et facultates sunt quae ceterarum congenerum arborum:

De Xumetl seu sambuco lxxxi

sambucus nostras est xumetl uocata Mexicanis quae a Mechua canensibus Cumtempa appellatur, Arborisq. mediocrem asse quitur magnitudinem; cuius folia applicata aiunt capitis dolorem a causa calida ortum tollere, fronti uero et nari bus sanguinis fluxum retinere, deuoratum mederi accessio nibus, que tertio quoq. die quartoq. repetere solent, nauean

fomiti morbi per superna, atq inferna: tusam vero atque admotam affecto loco, dolores ortos alue gallica curare, et enixarum mederi torminibus; aiuntq aquam colatam in quam eius radices iniecti sint purgare corpus, atq ita diarrheas sistere, extinguere febres, et alios ventris stomaciq soluere morbos, Succumq infusum extergere intestina

De Papaya cap lxxxii

Arbor est papaya mediocris magnitudinis, folijs magnis ficulneis, multis cuspidibus insignibus: fructu oblongo magnoq gustus quibusdam grati, sed parum commendati nutrimento. hic lacti manat, antequam maturescat impetiginis, ac lychenibus utili. succoq quiiam maturi dolorem ventris sedat, Nascitur ea arbor apud haitinam insulam, ubi est longe frequentior, etsi eam offenderim quoq apud yauhtepecenses, ubi eam curauimus discribendam atq depingendam.

De Acapatli Cap: lxxxiii

Arbuscula est Acapatlis hominis altitudine, radice firmata surculosa, unde saepe insurgit caulis, leuis, et quadratus, folijs raphani ornatur, sed euenatis per ambitum serrae, aut uocatae dentariae in modum: florem album, et fructum nullum; sapor est amarus, iucundus odor, ac unis calefaciens, folia tusa et applicata lienem absumunt, et eius dolorem sedant, Nascitur apud panucenses ubi etiam uocatur a quibusdam quauhacapatli:

Libri Primi sectio Tertia De fruticibus et suffruticibus

De Tlepatli cap. 1

Frutex est Tlepatlis non quod igneus sit, sed a facultate qua igneis affectibus succurrendi pollet nomen sumens: Radici magnae insistit, ac fuluo induta cortice, e, qua proferuntur caules feniculacei, quadantenus sarmentosi, lineis secundum longitudinem interstincti, ac pleni medulla; Amigdalina folia paulo tamen maiora: Flores parui candentes oblongique calyculorum scabrorum forma in capitula congesti: Acria sunt folia, calidaque et sicca ordine fere ~~tertio~~ quarto; Radix uidetur principio amaritudinem quandam prese ferre, quae demum in dulcedinem finiat acrem: subtilibus constat partibus, ac dicto citius uim suam gustata ostendit: Prouenit in calidis Ocpayocani iuxta aquarum alueos, Jus decocti eius matutino epotatum dolores quosuis tollit, etiam e lue gallica profectos, si tamen mediocris uictus ratio instituatur; dolorem ueneris ex frigore ortum sedat, flatus dissipat: urinam elicit, colicos iuuat, et pectoris egritudinibus mirum in modum confert, folia applicata medentur gangrenis: succus eius et temicatl iuuant conceptionem.

De chillapatli cap. 2.

Chillapatlis frutex est radici insistens fibratae, folijs roseis, floribus coccineis, binisque iuxta singulos foliorum exortus uniuerso caulis procursu; prouenit in calidis Hoaxtepecensibus et Yacapichtlensibus ubi eius explorauimus uires; Calida et sicca ordine tertio temperie constat, dolorem ueneris si deuoretur sedat, et cum chillatolli folia pugilli mensura pectori mirum in modum prodesse feruntur: quin si exibeantur his qui febrem quartanam patiuntur breui ab ea liberantur:

De copalxihuitl seu herba copalli referente cap: 3m

Copalxihuitl frutex est quatuor dodrantes longus, multos proferens ramos, caules lignosos, paulisper fuluos: folia ocimi, sed obrotunda, inferne squalentia, superne uero uiridia, rara, et aliquantisper serrata: et baccas rubescentes: odorem suauem spirat, ac Thymi saporem prefert. Nascitur Icotl hacani iuxta tesqua, asperaq. et saxosa loca, calidus est, et siccus ordine tertio, febrium arcet typos, ac succus expressus confert oculis:

De Hoitziexilxochitl origanina cap 4m

Hoitziexilxochitl origanina frutex est ab una radice multos proferens caules, et ramos lignosos et in his origani folia, unde est illi impositum cognomen: flores coccineos incuruos teli quod alabardam uocant persimiles; odor est saluiae, saporq. amarus, temperies ordine tertio calens, atq. sicca: partiumq. tenuium: sunt qui dicant puncto auxiliari cordi fortassis roborato, et humori per meatus corporis expulso, aut proprietate quadam occulta, et incerta: peculiare est eis flatus discutere, iuuare coctionem, perfrigeratis membris mederi, dolores a frigida causa ortos sedare, ac intestinis retentas emundare feces,

De Tlacoxiloxochitl cap Vm

Tlacoxiloxochitl quem alij etiam xiloxochitl, alij uero Tentzonxochitl seu florem barbatum uocant, alij Tlamacaz catacotl. alij Tepexiloxochitl et tlalxiloxochitl appellant suffrutex est folijs mizquitl: floribus comantibus, capillis longis, et coccineis similibus, prodeuntibus ab acinis orbicularibus, et rubrescentibus radice fibrata, extra fulua, et intra cum siccatur rubra: rubris stipitibus, et fuluis siliquis, nascitur in planis, montosisq. locis, et interdum iuxta aquarum fluenta,: Cortex radicis siccus et adstringens est, et non nihil glutinosus, calidaq. ordine tertio constat

natura: et sapore acri; tusi flores, et immixti aquæ, et instillati
oculorum morbis mire opitulantur, nam inflammationes cohibent
adnascentem carnem absumunt, et discutiunt argemata: radicis
quoq decocti epotum ius, aut infusum sistit fluentem aluum, et
prodest dyssentericis, sopitam appetentiam excitat et satietati
medetur; sunt etiam qui dicant pectus lenire, aluum soluere,
bilim uacuare per superiora, et tussientibus quoq esse remedio

De Tlacoxochitl quam alij Tzontlatlauhqui
seu capillos rubeos uocant Cap: VI

Nomen secundum inuenit suffrutex hic affinitate colore, et forma
comantium in summis uirgis florum; scapos plures a fibrata
radice profert, folijs lini longiusculis, et angustis, ternis quater
nisue per modica interualla ornatos: Radix amara, et odora
gustu est, calida siccaq ordine tertio; Ius decocti eius medi
tur dyssenterijs, et confert doloribus articulorum:

De Xoniquilpatli Cap VII

Xoniquilpatlis frutex est radicibus insistens surculosis, e
quibus edit caules fuluos, et in eis folia salicis, sed tamen
minora, et angustiora, flores pallescentes, paruos calyculorū
figura, calida natura tertio gradu constat sicca, et astringens,
atq urens gustum, quamq initio dulcis appareat glycyrrhizæ
sapore, et nullum fere sensum caloris prebens. epota folia tusa
ac soluta ex aqua semiunciæ mensura articulorum dolores, et
quos uis alios a causa frigida ortos mitigant, et eos qui
oriuntur ex tensione, sudores eliciunt neruos imbecilles cor
roborant, et omnibus pene morbis contendunt mederi, qui a
frigida causa sint orti; et fortassis idem est cum Micuilpatli:

De Uatlacotic Tepoztlanensi cap. viii

Frutex est Uatlacotic qui radicibus firmatur surculorum instar extra nigris, et intra candidis, multos proferens stipites, teretes, et aliquantisper purpureos, asperos, et pri longos, folia limonis, maiora tamen, raris per ambitum ornata scissuris, ac interuinijs secundum longitudinem discurrentibus insignia flores luteos, et orbiculares. Nascitur montibus Tepoztlanicis yauhtepecensibus et yacapichtlensibus: Radix est acris odora subtilium partium, calidaq. et sicca ordine tertio natura: et uentrem dolentibus, tumentibusq. impense utilis: flatum siquidem discutit, aluum expurgat, atq. ita dyssentericis dicitur mederi:

De yztacpatli Tepoxicensi cap. viiii

Yztacpatlis Tepexicensis quem alij Uanoquilonpatli, Michuacanenses stoxtmo uocant: frutex est folijs paruulis pennis auium similibus, aut illis simanis Uaumizquitli: et luteis floribus, Nascitur in temperatis Tepoxicensibus locis, Acris est, calidaq. et sicca ordine tertio constat temperie: Cortex radicis tritus, ac dragma unius mensura deuoratus omnes humores sed precipue pituitosos purgare dicitur: atq. ita dissipare bubones unde posteremum nomen.

De Acuilotl cap. x.m

Acuilotl seu planta uolubilis prope aquas proueniens haud preteruationem a Mexicanis Acuilotl uocatur, quando humidis aquosisq. locis nasci consueuit, repatq. per terram, aut pro pinquis arboribus conuoluatur. Sunt uero illius duæ species colore tantum floris ac nomine distantes, et foliorum amplitudine: prior enim flores fert candidos, et folia paulo minora, uocaturq. acuilotl: Alteri uero flores pallescunt, et

folia maiora sunt, diciturq cozticacuilotl a luteo colore florū, stipites uero profert rotundos, purpureos, lignosos, fragiles, et tenues, lenta fartos medulla: flores Ezquixochitl candidos ut diximus, et pallescentes, nec absimiles odore, et forma floribus rosæ illius, que a recentioribus sub mosquete nomine circumferuntur: cui hic frutex totus non omnino dissimilis est, folia sunt rubi, sed minime serrata, neruis discursibus recte secundum longitudinem discurrentibus, et odorem cucumeris fere præseferentia: flores in odoramenta et corollas ueniunt, floridosq manipulos indis passim consuetos, ac familiares: e quibus ignis beneficio stillatitia extrahitur, que ualde odora sit, et iocunda; temperato aut paulo frigidiori celo exultare solet: folia sunt amara, et tertio fere ordine sicca, et calida, quamobrem deuorata pugilli mensura ex uino flatū discutiunt: tusaq et admota contracta membra laxant, ac tumores preter naturam discutiunt:

De Huitztomatzin seu Tomal spinosa cap: XI

Huitztomatzin quem alij Huittomal alij uero Heixpopoaloni seu oculos extergentem uocant, frutex est crassæ et surculosæ radici innixus, unde profert stipites spiniferos, quatuor dodrantum, et in eis folia quadantenus uocatæ spinachiæ similia, inferna parte hirsuta, et subalbescentia: purpureum florem non sine luteis quibusdam capillamentis ex quibus fiunt fructus cerasis albis candidis similes.: Nascitur in frigidis ac humidis regionibus Temmacacensibus et amaquæmecensibus

in planis et campestribus, Radix est amara acrisq. et tertio fere
calefaciens ordine, eiusdem cortex semiunciæ mensura tusus
atq. ex aqua devoratus omnes humores vacuat per inferna.
atq. ita febribus, et difficultati respirationis, et hydropi, mire
confert:

De xiuhquilitl pitzahuac cap: xii

Xiuhquilitl pitzahuac seu anir tenuifolia radicem unicam
fundit, e qua multi prodeunt stipites sex cubitos longi, ac mi
nimum digitum crassi, coloris cinerei, teretes, atq. leves, fo
lia similia ciceris folijs, flores parui, ex albo rubescentes,
siliquæ acervatim appensæ cauli ascaridibus crassiusculis
vermiculisq. similes, plenæ semine nigro: frutex hic ama
rus nonnihil est. et legumina quadantenus resipiens, acris,
calidaq. et sicca secundo ordine natura: pulvis eius anti
qua ulcera sanat, abluta tamen prius urina: quo fit ut
palancapatlis multis vocetur, dolorem, et calorem ingen
tem capitum puerorum folia contusa admotaq. dicuntur
extinguere: resolutaue ex aqua atq. illita cerebrum fit
ex eisdem pigmentum nuncupatum ab indis tlacehoili, uel
muitlhuic: tinguntq. capillos atro colore, : Nascitur sponte sua
in calidis regionibus campestribus montosisq. locis, et si ali
qui in herbarum genus referant, frutex tamen videtur duos
annos vivens, viuaxq. persistit: parandi pigmenti quod
latini ceruleum vocant, Mexicani vero mohuitli, et tlacu
huilli hic est modus: folia incisa in ahenum cortinam ue
ferventis aquæ sed iam ab igne sepositæ, tepentisq. aut
(ut rei affirmant periti) frigescentis neq. ignem
melius,

expertis coniiciunt, concutiunturque vehementer vectis ac pau
latim aqua infecta transfunditur in testam, aut dolium, et ta
men per foramina paulo sublimiora effuso humore quic
quid e folijs decessit permittitur residere, fex illa pig
mentum est, siccatur id soli, et sacco canabino percolatur,
mox efformantur parua rota, qua calamis superpositis carbo
nibus solidantur, ut recondi tandem queant in annuos usus:
seri quoque apud hispanos integrum esset calidioribus nempe
regionibus, qualis est Betica, aut alia ex his quas alluit
mare: seu campestribus, seu montosis locis, in areolas late pul
uinatas sparso semine illius, lactucae more, mense quidem
ianuario si clemens sit, aut calidum celum solumque, udum atque
irriguum, sin minus septembri, octobriue, et tempestiue in libe
riores campos sicut ipse quoque paruae lactucae solent digesto,
atque transposito sarritis tamen nouellis plantis, uindicatisque a
noxiarum herbarum tyrannide quoties illae nimium lasciuient,
et tandem cultis et accomodatis usui

De xiuhquilitl pitzahac altera cap xiii

Est et alia eodem nomine planta xiuhquilitl pitzahac dicta
quae ceruleo quoque tingit colore, feminarumque denigrat capillos,
magnitudine tamen et forma a predicta diuersa: frutex si
quidem est mediocris magnitudinis, multis innitens ra
dicibus, surculosis, fibratisque: unde multi prodeunt sti
pites cinerei: folia piperis longi, aliquanto maiora, ner
uisque discurrentibus secundum eorum longitudinem discur
rentibus: et flores capillacei, candentes: frigida et humi
da constat natura, parandi pigmenti modus est utrisque idem:
et deterior huius tinctura atque ideo dicam nihil.

De Sachari arundinibus interpollandi ratione,
atque satu, ac de modo extrahendi sacharū: cap. xiiii

Et si non tantum canariensibus sed haitinis quoque et nouæ his paniæ colonis quarum regionum res medicas omnes scribere animus est, sachari arundines aduenæ sunt, et eorum regionibus frequentes, tamen quoniam apud canarios sum eas primū conspicatus, libuit inter eorum plantas numerare, atque describere: prouenit ergo in planis, sed montosisque, sed fertilibus irriguis, calidis, ac precipua diligentia cultis magnæ canariæ locis, iuuante natura soli, colonum sollicitudine et cura arundinum, ex quibus sacharum solet exprimi, ingens copia: unde uberrimus eximij illius liquoris prouentus contingit, Rigandæ hę sunt bis terue singulis quibusque septimanis, nec segniter expurgandæ, atque sarriendæ: atque ita post duos integros annos in debitam assurgunt magnitudinem, quæ raro denos dodrantes superant, solida intus (aqua sachar exe torquetur) referta medulla, nec longioribus ternis uncijs distincta internodijs; folijs uero prolixioribus, et uirentibus quam ceteris calamis: seruntur e frustis earundem germinibus ue transuersim iacentibus, et quæ primo assurgunt planta uocantur, quibus ad usus amputatis nascuntur aliæ sesquianni spatio iustam magnitudinem adeptæ: quas uocant cocam deinde anni unius interuallo quarte cocam, et hę seruari solent ad satum, nisi adeo fertiles esse contingat ob terræ comoditatem. et solerter cultum, ut sacharo exprimendo idonee sint, atque aliæ quarto demum prodeant, quæ satui uideantur sufficere: contunduntur hæ tro clea binos striatos, uastosque, rotante ad axes alterum alteri impositum, et postquam minutim sunt concisæ prelo comprimuntur, haud dissimili hijs quibus nostri orbis

incolæ musta extorquent ab uuis: fluens succus per appositum canalem procedit in uocatum tanque, quo referto trans fertur in ahenum aricispienelo cognominatum: succo huius mellinæ ius uocato, miscent duo aut tria coclearia magna quæ pombas uocant lixiuij fortis, quod in eum usum paratum habent, feruet paulatim cortina, donec rursus tanque ferè refertiatur pro capacitate aheni; tunc dispumant, auferuntque crassas, et immundas sordes, quas cachazam uocant; deinde in reliqua ahena transfundunt, ubi bullire permittitur, donec exquisitè emundetur addito paulatim lixiuio, quo excitetur spuma, eundem succum iam in mellis naturam coactum transfundunt in tamque, percolatorium donec impleatur, inde transferunt in dictas tachas partiaue ahena, quæ tria sunt, ubi in maiorem spissitudinem coit, haud aliter quam in primis tribus prioribus cortinis, in quas paulatim transfertur liquor, augetur sensim suppositus ignis, atque lixiuium, eorum uero quæ tachas uocant quatiunt solum tertium, et ne ferueat atque effundatur liquor, butirum uaccinum aut oleum inspergunt, inde postquam in debitam spissitudinem mutatum est transferunt in uocatas formas: mox implent subsellium arundinum excrementis, collocantque formas aqua abunde madentes, et obstructis foraminibus, effunduntque in singulas formas sextarium liquidi mellis quod lentum uocant; postrema tacha siue ahenum in nouem digeritur formas, et has quatiunt artifices spathula lata iligneaque, ac replent paulatim exhaustum instaurantes liquorem; sequenti die transferunt formas in loca dicata expurgationi, et amouentes sub sudes eisdem foraminibus sacharum perforant, permittuntque

expurgari decem duodecimue dies, pro temporis more: deinde malle
quatiunt formam, atq; ita siquid excrementum est extrahunt,
experiunturq; an satis sit expurgatum: quae exacte mundata
sunt reconduntur in formas addito luto, (quod non aliter inuentu
est quam gallinis quibusdam pedibus eodem infectis formas
conculcantibus ea parte sachari quae conculcata est mirum candorem
contrahente): quae uero non, permisso quantum satis sit expur
gari tandem illiniuntur luto, et eo tempestiue detracto aliud
secundo adijcitur, nec additur tertium nisi Sacharum omnino sum
liquescat, et effundatur: et si interdum ter lutum adhibere
necessarium sit: Sacharum ita paratum uocant Sealdado, et alio
nomine masculum: nec maiorem admittit interpolationem, et si
quod minus candidum est maz cauado nuncupetur, quod tamen
si libeat exquisitius interpolant: est et aliud genus quod spu
mas uocant, quoniam ex spumis ahenorum omnium soleat parari,
hae quando extrahuntur tenduntur in ahenum tanqueire aut o
lium, ac deinde emundant in aheno interpolantq; ueluti Sacha
rum: sunt et uocatae respumae postremumue Sacharum quod fit
ex spumis, haud aliter quam reliquum dicta panella: Panellae
uero fiunt melle quod fluit a sacharo per inferna nempe inferio
re atq; deteriore respumis, eodemq; interpollatur modo: quae omnia
sachari genera soli primum exposita, demum in usum recondun
tur: Itaq; quoddam est genus mellis unde fiunt panellae, aliud quod
decaras uocant fluit a sacharo cum iam luti beneficio expurgatum
est: tertium uero quod fluit a panellis, at mellatum dicitur sacha
rum ipsumq; priusquam concrescat: Sed ramentum mel est quod ad
haeret canalibus, quibus expurgatur Sacharum, ex quibus parant
mel, panellasue aut quod uocant refinado: Vasa autem atq; in
strumenta quibus sacharum interpolatur sunt formae, s etc.

cochlearia ænea, decem duodecimue plus minus capientia sextaria, manubrijs ligneis annexa, quibus melligenem ab ahenis in ahe na [illegible] fundunt: despumatrices sunt laminæ mediolanenses cribri modo perforatæ, nec sine ligneis manubrijs ulnam longis velutj illa pombarum, quibus melliginem extergunt, et emundant ab spuma: Remillones sunt quidam cochlearea ænea, tres quatuorue capientia sextarios, infundendo lixiuio deseruientia: ut ita deinde spatula sacharum commisceatur: spatula vero lignum est quatuor digitis latum, et terna spithamas longum, quo agitant sacharum contentum formis positis in tendali, formæ sunt uasa fictilia, inferne perforata ubi expurgatur sacharum, accipitque for mam, unde nomen: Tendalis est subsellium plenum ramentis arundinum, ubi collocantur formæ: viradera dicitur lignum rotundum cui ferreus mucro additus sit, eo enim excauantur in ra mentis sedes, quibus locentur formæ: Paraluero dolium magnum collocatum prope tachas in quod melligo quam mellado uocant con ijcitur, et inde in tachas rursus extracta transfertur; tachas sunt ahena modica tria in trianguli formam locata, quarum ulti ma alam habet ubi sacharum agitatur: Hornallas nuncupant fornaces quibus imponuntur ahena: Repartitora coclear est ligno infixum pedi sesquidodrantem longo, quo transferunt sacharum in formas, cetera pombis simile: lutum uero quo ex purgatur sacharum uocatur Mazapez, quod genus creti esse aiunt, squalido colore, sed nonnihil in plumbeum tendenti, humilibus locis et pene palustribus reperiri solitum, quod expositum soli in annuos usus seruant, ne imbres per anni discursum decidentes impedimento esse possint: Cum uero eo utendum est proijcitur in cortinas lapidibus, et calci constructas addita aqua [illegible] ex ea resoluatur agitantque atque commiscent pala quadam magna,

utrisque manibus mota; et statim colant, ac per cribum aeneum transmittunt in aliam cortinam, lutum quod primo additur sacharo liquidus est: secundum vero nonnihil spissius, quoniam utrumque ex humoris maiori minorique constat: Audio nasci sponte sua apud argentarium quod vocant flumen Arundines sachari, arborum magnitudini, quibus (quod dixerat plinius in veteri quoque orbe euenire) vi solis expressi sachari orbiculi suprema parti adherescant et hec di sacharo quoniam video latuisse superiores, mihi obiter dicta sunt:

De Axixpatli Texaxahuacensi cap. XV

Volubilis frutex est Axixpatlis Texaxahuacensis radici innixus surculosa, e qua profert caules sarmentosos quinque, Laurum, et folia viticinea. amaro constans sapore, et calida natura, urinam euocat succus epotatus, et ictericis mirum in modum confert. nascitur iuxta aquas calidarum regionum.

De Ecapatli cap. XVI

Ecapatlis quam alij Tlalhoaxin alij Totoncaxihoitl seu calidam medicinam, Alij vero Xomotontli seu parvam sambucum. Alij vero Xiopatli vocant, frutex est hispidus, folijs amygdali, stipitibus lenis purpureis, tenuibus et teretibus; floribus luteis, mediocribus, in extremis ramorum flagellis, ex quibus siliquae oriuntur tenues, teretes, longi, et maiori ex parte purpureis granulis lenti similibus minoribus tamen referti, odore est gravi, sapore amaro: provenit locis campestribus regionum calidarum, aut temperatarum, quamquam intra domos quoque et viridaria remedij causa soleat coli: calida et sicca natura constat, et nonnihil adstringente: tumoribus medetur, ulceribusque, et aurium dolorem sedat: lac evomentibus infantibus auxiliatur, eius folia si contusa apponantur ventriculo, admota vero illitaque capitis dolorem

leuant, et uniuerso corpori applicata horrores febrium, aut pugilli mensura deuorata: sunt qui dicant sic quoq; satietati mederi et lepræ testa prius corrasa, quam indi xiotl uocant, lycheni busq; impositam auxiliari:

De Huitxiqua cap: XVII

Quam Nichuacanenses huitxiqua uocant, Mexicenses xoxocapatli nuncupare solent, est autem frutex folia fundens oblonga, serrata, et amplitudine mali medicæ, in seruis tamen quibusdam minoribus semina uero ac flores iuxta foliorum exortus in aceruos congesta Nascitur calidis atq humidis locis quales sunt Mexicani, folia calida et sicca et paululum ad stringenti uidentur constare natura, et stœchadem quadantenus olere, puluis eorum medetur nomis, et depascentibus ulceribus, tumidam faciem curat, et impositus capiti obsistit defluxionibus oculis offundentibus tenebras; naribus uero infusus fluxum sanguinis cohibet, et medetur dyssentericis: tumoresq; preter naturam aut discutit, aut maturat, aut aperit, succus infusus confert oculis: suffitus iuris decocti eius et yztauhiatl aduersus articulares dolores, et quasuis alias frigidas noxas presentaneam fere opem:

De Nacazcul seu Toloatzin ab alijs dicto cap xviii

Nacazcul qui ab alijs uocatur Toloatzin est species Tlapatl huexotzincensis prouinciæ alumna estq; frutex caules fistulneos proferens, radices candidas, et surculosas: folia uitiginea, odorataq; mollia, pinguia, et hirsuta; fructus aculeatus est, ac demum spinas exuit, obrotundus et in quatuor portiones melopeponis instar diuisus: semen est fuluum raphanino simili, Nascitur ubiq; in ruderibus, et macerijs pahuatlanensibus, et habetur ab indigenis ad nonnulla incomoda reparanda in magno precio, semen [redacted] et resinæ immixtum perfracta ossa miri solidat,

et conglutinat, ac reducit luxata, adiungunt indi superne auium pennas, et tabellis cohercent, ducuntque egrotantes in balneum ae reum: quod Temazcalli patria lingua uocare solent, toties repetentes huiusmodi medicamentum quoties uidetur expedire: quaterna folia tusa deuorantur ex aqua contra totius corporis dolores, et gallica etiam lue profectos; aut cum chilli luteo illiniuntur, cauendum autem ne excedat pondus, quoniam alienationem efficeret, et uaria uanaque imaginationes uidere uentur obseruari;

De Iotoncapatli cap. XVIIII

Iotoncapatlis frutex est stipites ramosque, cauos proferens, purpureos, refertos luteis floribus, ac uisu spectandis, qui initio cordis ostendunt figuram, mox uero hiant in stellulas quinque concinnatas folijs; ex his uascula erumpunt in quibus semen nigrum clauditur, exileque, radices surculosa sunt, et folia pyri, qua primo gustu apparent auida, postea uero plane amara sentiuntur, quamobrem calida siccaque et adstringenti natura constare est indicandum; illita corpori frigoribus rigoribusque accessionum narrantur mederi: enixas roborare, compescere dyarrheas, satietatem pellere, et dyssenterias curare infusa, uentrique admota, aut seminatica pondere deuorata, precipue si cum radice yacoloçauhqui permixta sint.

De Tocizquiuh seu Maizio torrido et calido Cap. XX.

Frutex est Tocizquiuh folia ferens camedrios, serrata, pinguia, et inferne squallentia, hirsuta, aspera, graui odore: radicem crassius culam, fibratamque, et sensim gracilescentem: flores uero oblongos, coccineos, et ternos: prouenit in uallibus, ac ripis fluminum Metztitlani, tertio fere ordine calida atque exiccanti temperie constat: ori uentriculi si apponitur uteri nos affectus curare dicitur, ac feminas illorum gratia tabescentes sanitati pristina restituere, et sus foliorum in fusum mederi dyssenterijs.

De Yetzticpatli frutice cap xxi.

Yetzticpatlis quem alij Tlaçonquilitl uocant, frutex est radicem fundens crassam, et longam, intus candentem, teneramq;, et plenam succo, et ex ea scipites purpureos, folia in septem cuspides diuisa, et has ipsas interdum sinuosas quoq;: florem oblongum, candentem ac paruum, et fructum rotundum ponticis nucibus pene parem; Nascitur in collibus hoitzocensibus: Radix dempto cortice quia impense refrigerat, in leuorem redacta aduersus febres solet deuorari, Ius decocti eius loco aquae fontanae; aut fluuialis bibitum eundem usum prestat, preterque calidas quasuis intemperies emendat, ac corrigit: nec est planta ulla apud has gentes quae in extinguendo calore maiori in pretio habeatur, aut possit huic aliquo modo comparari:

De Atlatzopillin cap: xxii

Atlatzopillin aquosamue herbam appensam eum fruticem uocant, qui ob loca iuxta quae nascitur, et pediculos foliorum quos similes capreolis hinc et inde effundit, sic nominatur, Alij Atlatzopillin xochitl idest florem Atlatzopillin uocare maluere; duas reperi ac huius plantae species, alteram arubeo colore rubram, alteram a paulo albidiore capillis candidam; Radicem utraq; crassam, rubrescentem, ac fibris refertam fundit; caules lentos refertos molli medulla ficulneis proximos, teretes quatuor cubitos longos, et minimi digiti crassitudine, uitis uinifere folia in procursu stipitum hirsuta, ac rara: florem rubrum, et oblongum e quo fructus generantur ternis capitulis triangulis constans, coralliorum instar rubescentibus, cibo idoneis, ac plenis nigro semine; temperato aut paulo calidiori coelo gaudet, qualis est Mexicanum et Tetzcoquense uliginosoq; et campestri solo:

augusto mense flores erumpunt, quibus fructuq ac folijs de
cidentibus in annuos usus uelli solet atq recondi radix: fri
gida primo ordine uidetur, humidaq et salinosa natura; et
ideo aqua ubi farina radicis, stipitisq aliquandiu infusa ma
duerit loco fontanae aut fluuiatilis epota ab his qui fluxum ue
tris patiuntur, aut quemuis alium a causa calida ortum mor
bum breui curat; urinae ardori, et retentioni medetur, nec no
et oculorum inflammationibus:

De cocoztamatl seu luteo Tamatli cap xiii

Cocoztamatl quem alij cocoztic, et cocozton, et cocoztli uocan
frutex uolubilis est, crassam ac pallentem radicem fun
dens, unde nomen, stipites leues, tenues atq rotundos, folia si
nuosa, et in tres diuisa cuspides, flores candidos, modicos, illis
izquixochitl persimiles, e quibus oriuntur acini cerasis haud
absimiles sed colore candentes: Radix pallet et inodora est,
sapor uero salinosus, temperies mediocris, aut paululum in
frigus humiditatemq inclinans; urinam mire euocat, arena
et pituitosa excrementa pellit, atq quicquid urinarios m
tus obstruit, expurgat et trahit, carnemq ibidem superexc
tem reprimit, si in leuorem redacta semiunciae mensura ex li
quore aliquo aperiente diluretur, et aspersa eo puluere ra
dicis ex oui albumine, aut oleo amigdalarum dulcium iunc
xomalli uocato gossippino tamen prius filo irretito, et cum uo
lutoq atq ita penis cauitati admoto: quemadmodum raro
quodam exemplo cognitum est apud Mantuam carpentariam
philippi secundi regiam, cum laboraret episcopus Cor Duben
sis, qui tunc erat Conchensis presul, et a confessionibus

eiusdem catholicae Maiestatis, gravissima quadam urinae sup
pressione; eo enim presidio subdito, ac velutj per miraculum
est liberatus, reseratis vijs, uberrimaque urinae copia penitus
effusa; haud sine optima mercede artificis; cum tamen illi,
neque unde sumeretur id genus auxilij nosset, aut quicqua
aliud quam se aliosque permultos a quodam indo medico sibi
id arcani servante ab huiusmodi egritudinibus fuisse ser
vatos, atque ereptos, et quamquam sint qui contendant non eo
pulvere, sed cauda Tlacuetzin animalis (cuius etiam effigi
em exibemus) euomisse, quae ijsdem morbis affectis mirabile
quoque auxilium prestat: tamen re diligenter considerata,
atque inquisita inventum est e radice huius planta, et no
ex cauda predicti animalis mutuatum esse quod narravi
mus auxilium; sunt vero qui dicant alvum movere, ac solve
re, et ea ratione chichimecapatli misceri ad pharmacum
quod vocant chullulense componendum:

De Yztac coanenepilli cap. xxiiii.

Yztac coanenepillis seu planta folia ferens cordis figura
volubilis frutex est radice innixus longa, et fulva, e qua profe
runtur caules tenues, teretes, et virides et in eis folia subal
bida cordis forma fere, ac flores ex albo pallescentes, et exiles
Radix unciae unius mensura trita, ac devorata febres dicitur
arcere, mixtaque Yztac quahuitl aut sumpta per se urinam
provocat, semen retentum pellit, nec non sanguinem coa
ctum in grumos et lapillos. dulcis est sapor, frigidaque aut
mediocris natura:

De Coatli seu Aqueo serpente Cap: XXVI

Coatlis quem alij Tlapal ezpatli seu medicinam sanguinis
lineam uocant, sufrutex est magnus stipitem ferens enodem c
sum materie piri, et folia ciceris minora tamen ruta ceaut
sed maiora: flore luteo, clanguescente paruo, et longiusculo comp
sito in spicas: frigida est et humentis natura, paululum a temper
recedens, prouenit regionibus moderate calidis, qualis est Mexicana e
interdum etiam feruidioribus, qualis est quauhchinacensis, : Aqu
ubi stipitis eius quedam assula aliquandiu maduerint, qui ce
ruleum paulo post contrahit colorem: renes, et uesicam pota
extergit, refrigeratq. urinæ acrimoniam temperat, febres ext
guit, et colicis medetur: hec autem potentius prestat si radices
Metl adijciantur, quamq. uentriculum laxent, quod ego in me ipso
sum aliquando expertus, et aliorum etiam patuit testimonijs. Aiu
quoq. gummi eius oculis inflamatis opitulari, excrescentemq. in
eis carnem extergere: Cepit iam diu id lignum deferri ad
lignū nephriticū appellāt hispanias ubi aquam sic parant, lignum assulatim concisum in
optima aqua fontana maceratur, ac in ea relinquitur donec aqu
a bibentibus absumpta sit, qua absumpta altera injicitur totiesq.
repetitur donec aqua ceruleo inficiatur colore, dimidiaq hora
post iniectum lignum ceruleum aqua contrahit colorem offuscatiore
qui sensim, pro temporis ratione intenditur, ita ut miraculum
spectatoribus appareat.: est et aliud genus huius plante eade
facultate preditum, sed aquam minime inficiens.

De cacapipiltolxochitl seu herbo ac pendente flore Cap: XX

Cacapipiltolxochitl quem alij pipiltolxochitl uocant: frutex est folijs
menthe minimi, serratis: floribus coccineis longi periclimeni figu
ra binis candidis apicibus e singulis intrinsecus prodeuntibus, ad

unius speciei forsassis pertinet, quamuis uiribus differat, Nascitur in calidis ~~[illegible]~~ ytzocuca' collibus, frigida, humidaq' temperie' constat, cortex radicis semi untia' ponderi' deuoratus placat febres:

De' chupiri, seu charapeti, aquamue' rubeo colore' tingente' cap: XXVIII

Frutex est chupiri radici insistens crassa', et longa' externa parte' pallescenti ex albo, et interna ex albo et luteo purpurascenti unde' nomen, prodeunt ab illa stipites multiq' rami, tenues, prolixi, exaturati uiroris, et uergentis in colorem ceruleum, teretes leues ac referti mali medicae folijs, maioribus tamen et luteis ac stellatis floribus; sapore' et odore' insigni caret. Nascitur in calidis Michuacanensibus aquosis et humidis locis; sicca et adstringenti constat natura, habent hanc plantam indigene' in magno pretio, eiusq' uires in arcanis recondunt; quas tamen magna cura, atq' diligentia ab illis extorsimus, affirmantes planent reliquas michuacanenses in sedandis a morbo gallico ortis doloribus facile superare, ac uincere'; curandis neruorum affectibus, scabie' atq' alijs perniciosis, ac rebellibus morbis, et qui lenioribus medicamentis non cedant, si radix unius untia' ponderi' recipiatur aqua' uero bini congij ferueatq' ad ignem donec tertia pars ab sumpta sit, eiusq' decocti eius semilibra' mensura' quotidie' sorbeatur eadem uictus ratione' instituta, qui' guaiaci decoctum assumentibus praescribi solet. Idem decoctum medetur preter naturam tumoribus, ulceribusq' et ceteris symptomatis ex eadem lue' profectis, et potatum et illitum tumores capitis et brachiorum discutit, dyssenterias compescit, excitat appetentiam et impinguat extenuatos:

De' Curaqua cap XXVIIII

Quam curaquam uocant Michuacanenses, et Mexicani quamochitl et uitzquahuitl, et hispani brasilium solent nuncupare', frutex

est spinosus surculosis, candidisq, insistens radicibus, unde profer
stipites extra fulviscentes, ac intra rubeos, contortos, refertosq, fo
lijs cordis fere figura; sed mucrone appendentibus, frequentibus inte
venijs insignibus e dorso oblique procidentibus in latera, Nascitur
in frigidis Michuacanensibus campestribus ac montosis locis ubi o
duntur duae aliae ipsius species quarum altera Pinguica; Altera ver
uxugua nuncupatur, sapor est adstringens frigidaq ac sicca te
periei; tingunt eius ligno fila coccineo colore, est enim persim
arbori quam vocant santalon, Jus decocti eius primo fit fulv
deinde rubescit, quod si amplius decoquatur cogitur in purpure
pigmentum, aut si misceatur alumen in rubeum et decentius cinabr
refrigerat hec arbor febrem extinguit adstringit, et roborat:

De quauhtlepatli cap XXXIIII

Frutex est quauhtlepatlis radici innixus crassa lignosa rubra
et fibrata ex qua proferuntur stipites fruticosi atq, lignei nam
ra; folia ocimi serrata flores, e candido rubescentes in supre
mis ramulis acervatim congesti verticillorum fere modo. pro
venit in locis campestribus xoxotla: paulisper frigida tempe
ratave sicca et adstringenti constat natura; Jus decocti eius
curat quosvis dolores, haud aliter ac illa guayacani, china
aut sarza parillae, quindecim aut pluribus diebus si ita ex
pediat matutino epotatum, dyssentericis magnopere confert, et qu
buivis alijs defluxionibus cohibendis:

De quauhtlepatli altera cap. XXXI

Quauhtlepatlis frutex est stipites fundens volubiles, et fulvo
folia limonij: florem candentem, et modicum; radicem surcul
sam, fulvamq, longam et crassam; Cortex radicis quae frigida
est et adstringentis natura redactus in pulverem atq, apposit

medetur eruptionibus, quae in gallica lue solent oriri, idem prae-
stare dicitur devoratus duarum dragmarum pondere, atque ita fu-
gare infectiones cutis omnes: Nascitur in calidis Texaxahuacensi-
bus ubi in maximo habetur pretio ab indigenis ad predictas egri-
tudines exterminandas.

De xiuhcocolin seu planta contorta. Cap. xxxii.

Xiuhcocolin frutex est haitzocensis stipites ferens tenues, tere-
tes, per quae magna intervalla geniculatos, squalentes, et hispi-
dos: folia rara, magnaque ex parte altero latere unico dissecta
sinu, hirsuta, et candentia, sed precipue inferne oblongaque: et
phaseolorum flores, radicem magnam e candido vergentem in
fulvum: Nascitur in calidis collibus, et campestribus locis: sapor ra-
dicis subdulcis est, et qua dam genus leguminis; frigideque et ad-
stringentis temperiei: Cortex eiusdem levigatus, et bis in die
duarum dragmarum pondere devoratus ex aqua vomitum prae-
cipue puerorum compescit, medetur ulceribus oris, ac pudendo-
rum, radicis succus ac flos ex lacte mirabiliter confert oculis.

De Tinahuihuizetli seu herba vertiginela. Cap. xxxiii.

Tinahuihuizetlis quam alij (quoniam inducat somnum soporemque capi-
ti imposita, aut quia tacti dormire videantur) cocochiatl vocant;
frutex est quatuor dodrantes longus, stipites tenues, spiniferosque fe-
rens: ac folia falcata, per intervalla sena, ac manipulorum forma
sibi invicem coniuncta, haud dissimilia illis yhcizochitl; radicem
surculosam: flores vero, ac fructum forma erinaceis primo vi-
ridibus, ac mox fulvis racematim dependentibus persimiles: Na-
scitur in calidis Tepoztlamicis, quauhtlami quoque et huextlalpa
et in collibus yacapichtla: Amorem dicitur conciliare: Folia

saporem raphani quadantenus referunt. frigida constat, siccaq…
et adstringenti natura, nec non et glutinosa, succus radicis medi…
tur tertianis febribus, oculis inflammatis, somnumq; inducit: Con…
uero ueneris fluxibus. Hic est frutex ille, cuius folia ad quem u…
hominis actactum flatumue contrahuntur, uinguntur[?] inter se se
atq; marcescunt: Hunc eundem esse existimo, aut eius congeni…
rem quem hispani insularum philippicarum coloni plantam senti…
tem uocant; de qua scribunt (uera an falsa nescio) nonnulla …
in hac prouenientis predictis in locis uera esse nequaq; experim…
uelut est stipites rectos proferre, pennae gallinaceae crassitudine,
singulis radicibus denos, duodenosue: quorum unusquisq; duoden…
ornatur folijs, diuisis in quatuor ordines, duarum unciarum inter…
distantes interuallo, foliaq; esse lotho urbano similia; flores e…
neos linguae similes passarinae, antequam hient. hiantes uero in
terra diuidi folia modica. adeo offendi actactu flatuq; hom…
ut actrectata digitis ultimo foliorum serie merorem quem…
prae seferat, atq; soporem statimq; decidant reliqua folia m…
tibus solis superioribus, quae si rursus digito tangantur pari…
decidunt, quin stipites qua parte actrectantur rumpi, ac in te…
ram procidere, nigrescenti incisa parte, uelut si igne fuisset
combusta: quin si flatu hominis perflentur totum procidere, ac
rumpi neq; hoc euenire si ligno baculoue aut aliter tangi co…
tingat, sed sola humana manu, aut spiritu: insipidam esse n…
ulla quo ad medicos usus spectat pollere ui: Plantam etiam
narrant nasci aluari qui similiter ad manus contactum con…
trahatur, folijs polipodij, aeluteis floribus: Alij aliam apud
peruinos qui et si tangatur arescat: nec [illegible] in nostro

orbe, ac precipue apud gades: Verum que nos de Pinahuizthli scripsimus experimento cognouimus; multiq; alij indubitatum esse millies compererē:

De Mexochitl seu omexochitl cap: xxxiii

Frutex est Mexochitl hominis altitudine fibratis radicibus folijs mali persicæ paulo maioribus, floribus paruis comantibus et ex luteo rubescentibus, et siliquis chilli similibus, sed listeris ~~non~~ procedentibus secundum longitudinem, odorem spirat grauem, acremq: prouenit hueitlalpa in humectis uallibus aut collibus: folia contusa deuorantur aduersus ueninatorum animalium morsus: excitata enim uomitione uulnerati solent restitui in pristinam salutem, eadem uerminosis ulceribus applicata noxia animalia fugat atq necat:

De Atlinam seu frutice iuxta fluuios aquarumue prouenienti cap xxxiii

Atlinam frutex est stipites ferens plures et ineis folia in longum producta angusta subalbida serrata, hirsuta, et fere salignea, flores candentes, et magnos; radicem crassam, et surculosam, quæ castaneas inueteratas sapit; folia quæ odora sunt resinam; Nascitur in calidis quauhnahuacensibus prope riuos, a flumina, campestribus ac planis locis, Herba uero tota calida, et sicca constat natura, folia pugilli mensura tusa, et matutino deuorata febres finiunt uacuata superne atq inferne pituita, et bili citra molestiam ullam purgata; infundunt eadem paulo maiori pondere ac per inferna prædictos humores trahunt:

De Nontecpatli seu vulnerum medicina Cap: xxxii

Nontecpatli frutex est sapites proferens sarmento tinctos virore exaturato, teretes, tenues, et prolixos, et in e folia ocimi sed non serrata, radicesq, fibratas; provenit nampulci, seu editis seu planis locis, germina concisa la affatim stillant, quod impositum recentes glutinat p gas, ac brevi ad cicatricem perducit, Idem tertio ordi calefacit, et exiccat, acrisq est et amari saporis:

De Buyo Buyo cap: xxxv

Frutex Buyo Buyo vocatus in philippicis insulis sine species est piperis longi apud hanc novam Hispaniam proveniens. folijs oblogis subalbidis desinentibus in acu men, et acribus gustu, fructuq piperis longi, acriore ta men et odoratiore; Nascitur in humidis locis philippicarum insularum seu mediterraneis seu maritimis et apud novos q hispanos, usus praecipuus est foliorum: involvunt siquidem unius folij portioni dimidiae quintam unius glandis ba adhuc teneri, (de qua inter species nucum indicarum sum loquemur) calci conspersam gestantq, ore; et sic ferunt corp nutriri, cerebrum et ventriculum roborari, iuvari coctione firmari dentes, sedari eorum dolores, pituitamq illos eroda re solitam arceri carnem exhaustam iuxta eorum radices instaurari, ac labia contrahere roseum colorem, ruboremq in gratum oris halitum fugari, et commendari iucundum: de cuius speciebus viribus et usu latius in sequenti ca pite tractabitur: vires namq eiusus narrati in nova his pania ignorantur,

De Tlatlancuaye

~~De~~ Piperis longi planta aliisque eius generibus cap: XXXVI +

Piperis longi planta, quam philippicarum insularum Coloni Buyo Buyo, et Sabiam, Mexicenses uero apud quos nascitur etiam tlatlancuaye, et ecapatli appellant: frutex est stipites uolubiles proferens, et sarmentosos et in eis folia piperis nigri, ~~ac fructum~~ erectum et oblongum piper longum uocatum; folia sunt gustu odorata, acri sapore calidaque et sicca ordine tertio temperie, partiumque subtilium: fructus nullibi plantae suae appendens eam assequitur perfectionem, quae necessaria est ut comode recondatur; ideoque immaturus et in fuluum colorem inclinans colligitur, sparsusque exponitur soli, atque ita in usus seruatur, uirens editur, neque ingratum prebet alimentum, aut nimis acre, recondimus uero fercula commendat dum tamen ignem non experiatur, statim enim decoctione uim atque saporem amittit, Cortex stipitum redactus in farinam ac deuoratus atram bilem apte expurgat, et uenenatis plagis preclari alexiterii uices prebens medetur: resolutis neruis aut conuulsis auxiliatur, flatus discutit, et alios huiusmodi morbos ortos a frigore, crassisque et lentis humoribus profligat: Tres apud hanc nouam hispaniam huius plantae differentias adhuc offendi, cum quinque aut plures audiam apud philippicas insulas esse repertas, quarum stipites ad nos sunt missi, nam preter buyo de quo precedenti capite dictum est, et eum de quo in presenti capite sumus loquuti, alias tres numerant, quarum postremam buyolamo seu simiae dictam, buyo quam simillimam fructu esse ferunt, distare uero odore

grani, perforatis folijs et saniosis acrisq et adstringent[e]
sapore, alias uero duas ab eo predicto affirmant differre
foliorum paruitate et asperitate, ac praecipue minorem ma[ior]
ior enim maiora profert folia, cetera similis gustus piperi[s]
nigri ac precipue radicis, fructus autem piperis longi tenuior
tamen et acrior, minor uero minoribus constat folijs, et
ipse frutex minor est, folia sapore et odore carent, radix
nigra est, cortex mellini coloris, leuis, fungosus, acris et
roborans, radices horum binum generum propinantur aduers[us]
uenenatas potiones, uelut alexipharmaca dragma unius p[on-]
dera in leuorem redacta, et ex aqua nucis indicae resolut[a]
aut uino palmarum recenti, subueniunt etiam uentriculi fri[-]
gidis affectionibus ex iure decocti chamameli. ortisq ex
crassis humoribus, quos percoquunt roborato etiam uentri[-]
culo, subueniunt ijs qui coire nequeunt ob uenae fitia add[i-]
tis praecipue alijs ad eundem usum pertinentibus: Affirm[ant]
Medici censes qui etiam Tlatlanquaye uocant quauhyyaut[l]
et Temoçotl, oriri in locis calidis passim iuxta aquas, septa
et saxa, succumq radicum et germinum expressum, epotum a[ut]
infusum aquam intercutem euacuare; sicca uero decocta consu[mere]
edemata, aut congestos pituitosos humores discutere, menstrua
etiam euocare, et flatus abeisque ortum dolorem tollere, folia impo[-]
sita ulceribus mederi praecipue ueninatis, dolores e frigore dut
lue uenerea profectos lenire, tumorum tumores discutere, et qu[o-]
uis alios sed praecipue [illegible] tenelina, impeditum motum restau[-]
rare, euocare sudores, neruorum resolutioni mederi, conuulsion[es]
suffitu iuuare epilepticos ac pellere rigores et frigora:

De Ezpatli quauhnahuacensi Cap: XXXVII

Ezpatli quauhnahuacensis quem alij quauhezeli seu medicinam sanguinis uocant, frutex est folijs uerbasci obrotundioribus, hirsutis pinguibus, mollibus et cordis ferè figura, Manat incisa sanguinem unde nomen, odorem stechadis grauem præfert,: Cortex est calidus gustu odorus, resinosus, siccus, atq. adstringens et demum amarus, secundo ordine calefacit aut amplius, Jus decocti radicum quæ rubræ sunt, et surculosæ, infusum, aut potatum medetur dyssenterijs; ac ueteribus plagis stillans è præfractis ramis liquor,: Nascitur regionibus calidis, quales sunt quauhnahuacenses, temiltzincenses, et Ieuhcaltzincenses, ubi eam comperimus iuxta saxosa loca:

De Ceual chichiltic seu uitæ sylvestris, lambruscaue indigena cap: XXXVIII

Prouenniunt apud nouam hispaniam lambruscæ uites siue sylvestres multis in locis, nec tamen ad nostra usq. tempora ab hac gente excultæ, ac seorsim seu seriè aliqua plantatæ. usum enim bachi non nouerant, et si alijs uini generibus libentissimè non modo explerentur sed inebriarentur, neq. parcant hodie nostrati sed auidissime hauriant: fructus est racemusculus purpureus duriore callo, immitis gratus tamen ac dulcis, et qui (ut coniecto) mitesceret cultura, cætera nostris uitibus similes: frigida sicca q. natura folia ac palmites et adstringentia constant; appetentiam excitant, impetigines curant, tumores repellunt, calorem nimium extinguunt, oculorum inflámationem arcent, febres placant, ulcerum leniunt dolorem, et saniem exiccant, sunt qui Xocomecatl uocent seu acidum funem, tum ob saporis genus tum etiam ob palmites sese uicinis arboribus conuoluentes:

De Huapahualizpatli seu conuulsionis medicina Cap: XX[IX]

Huapahualizpatli frutex est hominis equans altitudinem, fe[rens]
stipites, ac ramos scabros, magna ex parte nudatos folijs, quae [lon]
giuscula, et angusta sunt; flores uero exiles, ac pallidi calicum form[a]
nascitur hoeitlalpa' editis ac campestribus locis: Jus decocti cuius[cu]
nis partis uniuersae plantae propinatur mane, uesperiq tepidu[m]
quinnem plurium si opus sit dierum spatio ad motionem amissam rest[i]
tuendam; frigida siccaq temperie constare uidetur, nam sapore
et odore caret, quamobrem conueniet hos effectus prestare propr[ie]
tati quadam occulta, aut siccitate et adstrictione, quod multis a[]
medicamentis huius orbis uidemus euenire:

De yllamatlantli seu dentibus uetulae Cap XXX

Frutex est yllamatlantli nomen habens aspirantium cum dentibus u[e]
tularum similitudine, stipites producens teretes, hispidos, et in lute[um]
colorem uergentes, ~~folia~~ precipue ea parte qua sunt teneriores; folia
uirginea neruis intercursantibus qui ex pallido rubescunt, sed
hirsutiora, et minora, flores albos in luteum etiam colorem incli
nantes, fructum acinosum toto caulis procursu racematim depen
dentem, primo uiridem, ac postea luteum, refertum cardiacis nucleis
multis, paruisq: amarus est sapor acriscale faciens, et adstringen[s]
nascitur in calidis, frigidisq regionibus, conuallibus tamen campe
stribusue locis et humectis: folium unicum resolutum ex aqua
atq epotum medetur satietati, et eodem modo uacuata causa fe[]
aut si folia pugilli mensura macerentur ex aqua et liquor epote[tur]
aluum nempe leniter subducit; admouentur capitibus puerorum inf[la]
matis refrigerij gratia, modicus est enim eius calor

De yamancapatli seu medicina temperata Cap: XXXI

Frutex est yamancapatlis stipites ferens lentos, ac succo manantes,
crassos, fuscos, leuesq, unde non exoriuntur ramuli, sed qua parte
prodeunt scabros, atq geniculatos; et in eis folia portulacae sed

qui sentechuhi tempore trifurcentur, radicem crassam, fibratam, et longam; quauis parte ictus in aibusq liquorem fundit glutinosum, odorem, saporemq tecopalli patrijue thuris referentem: nascitur mexici ubi firmum habent mederi radicis puluerem ulceribus putridis, cachoetibus, atq cancerosis; prouenit etiam apud panucenses: calida sicca odora, et adstringenti natura constat: aiunt fruticis huius liquorem firmari dentes, mederi dolori gingiuarum, ustionig, et articulorum imbecillitati, deuorata qualibet radicis mensura et laxatis uertebrarum dorsi compagibus opitulari:

De xiopatli seu lepra medicina cap: XXXXII

Xiopatlis suffrutex est stipites habens multos leues teretes atq uirentes digitali crassitudine ac quaternos prolixos cubitis, in eis uero mori folia longe tamen ampliora aspera et serrata, radices lignosas surculosas multas candentes interne, externe uero fulurescentes: nascitur stocitlalpa humidis locis montiumq faucibus iuxta aquas frigida uero siccaq temperie constat, glutinosa ac nonnihil adstringenti, tusa folia illitaq lepram et lichenas curant, atq absumunt precipue si ęgrotus ducatur in balneum post huiusmodi adhibitam curationem, quam indi uocant temazcalli:

De tenamaznanapoloa cap: XXXXIII

Frutex tenamaznanapoloa ab alijs tenamaztun, a nonnullis Ololamatl dictus, radicem fert magnam et surculosam, folia saluię forma, longa, et angusta, obtusa, tenera, subalbida, et aspera: florem leguminis purpurascentem ex candido, in corymbi formam compositum, et fructum racematim dispositum obrotundum, nucum ponticarum forma; nascitur ubiq in calidis, frigida sicca et adstringenti temperie constat: et ideo liquor deflueus e germinibus tenuioribus instillatus medetur oculis ex inflamatione

tententur adhibetur tumoribus preter naturam ac febres extinguit

De Ylacotz quilitzpatli seu medicina inusa' fadis Cap. XXX

Ylacotz quilitzpatli frutex est stipites multos fundens binas spithamas longos, lignosos, teretesque et in eis folia origani serrata, flores uero mediocres candentes, radicem longam ac minimum digitum crassam, ac lignosam. Nascitur in cacuminibus montium frigidorum mistica' superioris, calida est et sicca ordine quarto, acris, resinosus, glutinosusque gustus, impensus odorus, resipit aliquantulum corianum; Jus decocti eius medetur pectoris morbis, flatum discutit alvumque ac uentriculi lenit dolores:

De Xalquahuitl cap: XXXXV

Xalquahuitl suffrutex est sarmentosus, stipites ferens geniculis intercaptos, punctisque distinctos unde nomen; folia piperis longi foliis similia, odora esse et Ylatlancuaya' hac in re quoque similis adeo ut prorsus uideatur congener, calida ordine quarto siccaque constat natura ius decocti eius exibetur emixis corroborandi, flatus discutiendi, et menstruorum euocandorum gratia, ac satietati medetur:

De Mintzintzin XXXXVI

Frutex est Mintzintzin stipites fundens fuluos quaternis xos cubitis, folia persici, atque albos flores, Nascitur in Montibus temperatis Vruapa' prouintia' Michuacanensis. Amara est odora gustu, nonnihil acris, calidaque et sicca ordine tertio folia tusa atque illita uentri intestina auitiani et mundat humoribus

liber secundus

Liber secundus De Materia Medica Novae hispaniae

Primum candidissime lector librum quem de Materia Medica Novae hispaniae condidimus in tres secuimus partes, In quarum prima de Aromatibus, In secunda de Arboribus, et nascentibus ex eis succis, Lachrymis ac seminibus, In tertia de fruticibus, et suffruticibus disseruimus: Hic autem secundus in duas partietur sectiones, in prima de herbis acri sapore preditis, in secunda de herbis amarum saporem referentibus agetur, Idque ideo ne cognatorum vires disiunxisse videamur

Sectio prima de Herbis Acri sapore preditis

De Ahuapatli Cap: 1.

Herba fruticans est Ahuapatli folia quercus ferens; multosque fundens caules, purpureos, et in horum summitate luteos flores, parvos, ac minime senescentes; radicem longam, crassam, et fibratam: Nascitur calidis regionibus aut paulo calidioribus, qualis est yacapichtlensis,: Sapor est Acris, gustuque gratus odor,. calefaciens quarto circiter ordine, et exiccans natura: Ius decocti depopulatur pediculos, fumus cimices fugat, dolores ventris afrigida causa ortos sedat: flatum discutit: dyarrheas cohercet; et Colico Iliacoque affectui infusa auxiliatur: precipuus usus est radicum:

De Acxoiatic cap. ii.

Acxoiatic quam alij vocant Tlachpahuaztic, seu scopas: Alij vero Tlalcocol seu humilem radicem, ac undulatam, ob contortae radicis formam, et alij ob exilitatem pipitzahuac, aut yztac patlis pipitzahuac, parva est herba folia ferens abiegnis similia, cauliculos spithamam longos, tenues, ternos, atque

quaternos: flores in supremis cauliculis in spicam compositos, parvos, et exiles, qui principio candentes in semen deinum mutantur fusci coloris: radicem gracilem triplo tamen ipso caule crassiorem, contortam, seu convolutam, atque candentem: Clementi caelo nascitur, aut paulo rigidiore quale est Mexicanum, quo fit ut apud hispanias si semen eo deferatur, seraturque, sperem nasci futuram, atque servandam; haec est herba illa quae sub Mirij Dechaues nomine passim celebratur: Radix cuius est praecipuus in medicina usus acrem praestat saporem, odorem tamen nullum et est calida et sicca ordine quarto temperiei; eadem contusa mediocriter, et e liquore aliquo convenienti curando affectui matutino tempore atque inani ventriculo sex obolorum pondere devorata humores omnes sed maxime pituitam atque bilem tum per superna tum etiam per inferna citra molestiam aut noxiam vacuare solet; atque ita hidropicis, cachecticis, asthmaticis, tineamque patientibus magnopere dicitur conferre; potest autem sive fibreat eger, seu febre careat virens radix aridave tutius tamen arens paulo minori pondere exiberi; dum tamen vitati succi redundent, quos vacuare opus sit, et cibo qua die sumitur ad meridiem parcatur; eadem tusa et resoluta ex lotio humano et instillata morbis oculorum medetur; ac discutit argemata:

De chilli seu pipere Indico cap: iii +

Chilli seu piper Mexicanum planta est ferens siliquas illas quae ab haitinis Agi seu ab antiquis ut quidam volunt siliquastra, et ab hispanis piper indicum vocatur, et capsicum ab actuario nuncupatur: quae licet diu in nostrum orbem translata sit, ibique et in hortis, et in vasis fictilibus ornamenti, et usus gratia seratur,

et habeatur in delitijs: tamen quoniam apud Indos multo plura eorum
genera reperiuntur, et orexi excitandae, commendandisque ferculis sup
petias ferat, adeo ut nullam sit reperire mensam sine chilli: atque ideo
quotidiano experimento sint illius facultates notissimae: Animatus non
modo differentias quae in noua hispania proueniunt, de quibus modo
agitur uerum specierum fere omnium quae ad hunc ad manus nostras per
uenerunt exibere imagines, formas describere, uniuersamque faculta
tem, et naturam tradere posteritati: Cuntorum ergo generum folia
solano similia sunt, et pene paria, (si quauh chilli excipias quae
minora eadem fere) et flores candidi, e quibus siliquae oriuntur
primo uirides, mox maiori ex parte in rubrum, et demum in passeum
inclinantes colorem, referta paruo semine, exili, candicante, contuso,
atque in orbem efformato: acris gustus, atque urentis naturae, quae ad se
men praecipue attinet, quarum hic caloris gradum attingunt et ter
tium fere siccitatis, et si recentes excrementitio quodam humore
abundant, qui totus pene uetustate euanescit, unde fit ut saepe exci
tato flatu uenerem stimulent, ac interim aluum non sine quodam
tenesmo, ac sensu doloris his praecipue qui huiusmodi condimento an
tea non assueuerant, leniter emolliant; quamquam eius rei acumen
non immerito causam esse affirmare possumus: urinas, et menses
euocant, corrobant uentriculum ob frigus imbecillem, coctionem ea
dem occasione labefactatam iuuant, appetentiam contemperato ex eis
cum ~~tomo~~ uocant tomamae intinctu mire excitant; et pituitosos hu
mores undecunque potissimum coxae articulis adherescentes discu
tiunt, et euacuant: Aiunt hecticorum per oportunum esse reme dium
uentrem lumbosque aculeis chilli madentibus perpungere: nutrimentum
item calens, ac siccum praestant, et ut Indi passim experiri testan
tur, haud modicum, renes tamen excalefaciunt, et inflammato sanguine,

atq ocitiore ad nephriticos, phreneticos, pleuriticos, affectus, peripleumonias, aliosq tumores internos, puncta et similia symptomata, seu nutrimenti ut sepissime indi solent, seu condimenti vice immodicè aut frequenter utantur, perducunt: tam calidis, quam frigidis, temperatisq locis ac regionibus proveniunt, sed frequentius temperatis, ac foecundius, aut calid Prior ergo species (ut singula iam membratim enarrentur) Mexicanis quauhchilli hoc est chilli arboris: haitinis vero apud nos minor, orbiculatior, et a minori planta edita profertur, Chilli montanum dicitur: minimum est id omnium, et oleastri baccas forma, et magnitudine repraesentans: cumq omnia ferè genera quarti ordinis calorem attingant, hoc ceteris omnibus sentias urentius, atq ideo in condimenta, et non in nutrimenta venire: solumq intinctibus, et salsamentis piperis loco misceri; et toto provenire anno: Secundum genus chiltecpin dictum aculeibus, quos parvitate et colore videntur imitare, ab aliis vocatur tototzquitlatl quod est passarinum stercus ob parvitatem, et colorem, ab haitinis vero ut audio huarahuac, quod licet aliquando videatur praedicto urentius, citius tamen colorem amittit: At tres videas huius generis differentias, natali solum loco, et tempore quo leguntur distinctas: prior vulgaris est, altera priori similis, sed solis ratione in atrum inclinans colorem, atq ideo dicta Tlilchilli quod est chilli nigrum Tertia demum minor est omnibus, et post praecedentem fructum medi omnes enim huius plantae species trifera apud Indos sunt: primus fructus maior est, posteremus minimus, et nam medius mediocris quoq est magnitudinis: seritur septembri mense, et a decembri ad calendas usq aprilis colligitur; Tertium a sole Tenalchilli dictum (irriguis enim locis cessantibus iam imbribus idest augusto et septembri mense solet seri, et producere fructum a novembri usq ad martium, et ab haitinis chilli album, Viride est primo, mox pallescit, aut ex pallido

rufescens est, et demum in rubrum ut cetera circiter genera mutantur
colorem,: quartum dictum Chilcoztli a colore quo tingit croceo, quo
eo parantur condimenta, et ab hispanis haitinam insulam occupantibus
eadem ratione Agi croceus, sex septemve digitos longum est, mediocriter
tenue, interdum ex albo rubescens, interdum vero inclinans in passeum;
seritur decembri, et ab augusti in finem usq totius anni fit vindimia:
quintum genus Tzinquauhyo quoniam montanum est vocatur, ab hai
tinis vero corallum ob similitudinem forme et coloris; gracile est et
quinque digitos longum, seritur martio, et totius anni decursu pro
veniens legitur. sextum Jesochilli seu masseum vocatum a molliti
dine longum est, amplum, particeps dulcedinis, rubri coloris, atq adeo
mitis acrimonia, ut cum tlaolli seu placentis ex Indico tritico parari
mandi consuescat: multiq et optimi existimatur ab indis esse nutri
menti; Idem genus cum fumo expositum exiccatur, ut in annos usus
comode reconditi possit: alioqui corruptioni valde obnoxium, ob nimium
humorem excrementitium quo redundat. pochilli dicitur, totoq anno
et seritur, et fert fructum: est et aliud Milchilli dictum haud minus
precedenti, sed in acutum tenuemq sensim desinens mucronem tan
dem quoq rubescens. nec ob aliud ita appellatum quam quod tempore tlaol
li seritur, et metitur, et seri soleat, secum recondi: quid memorem alias
species haitinis peculiares, inter quas ea occurrit hispanis etiam
nota, que fructum fert halicacabi fructui, aut cerasis dulcibus
nostratibus forma, colore, et magnitudine persimilem, arbusto mo
dico innascentem, vocaturq ab aliis strychnodendron, ab aliis pseudo
capsicum, et ab hispanis guindas de india: Alias preterea duas qua
rum alteram rostrum stroboli hodie vocant indigene: Alteram vero
passaris, utramq ob similitudinem, Item Maboyam boniacam corni
culatam, caciicam hortensem, et ceteras quarum historias
quoniam maioris est operis quam usus timeo ne sit lectoribus
ingrata, atq iniucunda:

De chichimecapatli seu chichimicæ gentis medicina cap: iiii +

Herbula chichimecapatlis nuncupata, ab alijs uero yamancapat
quoniam primo gustu radix dulcis et temperata uideatur, dicta, folia
fert rara, longa, et tenuia, caulem uero tenuem, et cubitalem, radicem
nuci inglandi forma et magnitudine similem, lacte manantem ~~ex~~
~~[illegible]~~ ualde tenaci, et glutinoso, intus candidam extra nigram
quæ regionibus prouenit temperatis, pauloue frigidioribus, qualis
est Mexicana, ac Tetzcocana, asperis et montosis locis, Radix uiren
arensue (quamquam siccato lacte sit innocentior) ex liquore quo
piam deuorata scrupuli unius cum sicca est pondere humores om
nes per superna et per inferna euacuat, sed maiori ex parte per
inferna, calenti ordine quarto constat natura, uiribusque uehe
mentibus, quamobrem non cuiuis temere exibenda est, sed eis tan
tum qui uiribus ualent, nec acuta uexantur egritudine, aut his
quibus leniora alia remedia frustra tentata sunt, flatum etiam
dicitur discutere, et colicis doloribus oportune auxiliari: ex huius
radicis uncijs quatuor, et dragma una cocoztic parat chululensis
medicus nobile illud ac toto noua hispania celebre ~~illud~~ phar
macum quo cunctis pene morbis obsistitur, tusis permixtisque ad
dito sacharo, et ad solem donec humor abeat expositis: deuoran
dum uero dragmæ unius mensura, quod ita esse iuridico pa
tuit testimonio:

De chilpatli cap. V.

Chilpatli herba est folia fundens ozimi sed maiora minime
serrata, et inferne subalbescentia, caules uirentes, et geniculis
interceptos, sex longos cubitos, septemue: flores modicos, luteos,
compositos in corimbos, et in coccineum inclinantes colorem, e qui
bus demum compinguntur acini piperi nigro aut baccis oxiacan
thæ persimiles: radicemque fibratam: prouenit in calidis pauhtlani,
pupalotitlani, et hocitlalpatl in locis planis, et montium acclinibus,
seriturque et colitur in hortis medicinæ gratia: Aeris est calidaque

et sicca ordine quarto natura, initio resinam sapit, postea urentem osten
dit uim,: quatuor catapotia paucioraue, quorum singula binis con
stent folijs complicatis atq; conuolutis mira uelocitate et efficacia cor
pus a cunctis expurgat humoribus: plura uero inducerent periculum:
dentium dolorem sedant; admota folia ulceribus putridis ac can
crosis opem ferunt, et infusa aliquandiu tlaolli potioni medentur
scabiei: lac uero uerrucas excedit, et tumores preter naturam rum
pit; quinq; folia deuorata aiunt dyssenteriæ mederi, exterso nempe
cruore nam adstrictione non est omnino expers: scabiei quoq; et dolo
ribus articulorum: sunt qui sagittas eius succo inficiant uice toxi
ci, atq; ita comodius ceruos ferasue consternant:

De chilpantlaçolli cap: VI +

Chilpantlaçolli seu signum stercoris quam alij Tozcuitlapilxo
chitl, alij hoitzitzilcentli, Alij chilpanxochitl, Alij Panxochitl
uocant, herba est parua, ferens folia salicis, longa, serrata,
et angusta, ~~flores longos~~ caules tenues, et purpureos; flores
longos, rubeos, et circa extrema pallescentes; radicem longiu
sculam, et fibratam, Nascitur Toto tepeci, et Tezocani calidis
in locis, Radix est acris, calidaq; et sicca ordine fere quarto
urensq; gustui, tusa appositaq; doloribus articulorum etiam
e morbo gallico orientibus, spleni, contractis neruis, atq; impedi
to motui mire confert: uulneribus medetur, pituitam attenuat
et supra infraq; purgat radix tusa ac trium dragmarum pondere ex
aqua deuorata: Jus decocti eius infusum auribus saniem exiccat,
dolorem lenit, et audiendi facultatem instaurat: est et alia her
ba chillacotl uocata predictæ similis, dulcis tamen, quo ad
huc repererim nullius in arte medica usus

De chilmecatl seu ychoa cap VII +

Herba est chilmecatl folia habens solani, sed firmiora, caulem uo
lubilem, radices multas, tenues, illis pyrhetri similes, non modo

forma, sed sapore acerrimo, calidaque ordine quarto temperie:
radix admota dentibus leuat dolorem eorum ueluti per miraculum
eosdem atque eorum radices extergit, et dealbat,: laterum dolorem
ex frigore ortum, et cuius uis alterius particulae placat, praecipue
si cum resina terebentina admoueatur,: aurium lenit dolores: in
ueteratos capitis fronti admota curat; et uenenatissimis inflictis pla
gis applicata uim adimit ueneno. Nascitur humidis locis, calidisque
aut temperatis chichimecarum, et ab omnibus indigenis in maxi
mo habetur pretio, qui persuasum habent mirabile esse remedium
aduersus omnia morborum genera quae e frigore habent ortum, et
nisi folia diuersam formam haberent ad pyrethri speties haec
planta referri posset.

De cococtemecatl seu fune uolubili acri cap. VIII +

Cococtemecatl quam alij cococtemecaxihuitl nocant, herba
est folia ferens ocimi forma, longe tamen maiora, angulo
saque, et crenata, caulem purpureum, atque uolubilem,: flores
in postremis ramulis pilosos, paruos, abeuntes in pappos, et ex
albo purpurascentes: ac radicem fibratam; prouenit yacapich
tlae, et quauhquicullae calidis atque saxosis locis,: folia que
glutinosa sunt, trita pugilli mensura atque epota dyssente
ricis medentur,: Radix autem caulesque quarto sunt ordine
exiccantia, et calefacientia, tenuiumque partium, medentur oph
asi, et lychenibus, dragmae duae radicis deuoratae dolorem uen
tris, ac tormina sedant, euocant urinam, enixis opitulantur,
earumque morbis a frigore ortis medentur; placant etiam dolo
res a flatuoso spiritu genitos:

De cococxihuitl expurgatoria Cap. VIIII +

Herba est cococxihuitl folia habens cordis figura, hirsuta et
uiuaque, inferne squalida, superne uiridia, caules rotundos, et hir
sutos,: flores paruos, et luteos, et in postremis caulibus terna

grana nigra ciceris forma, et magnitudine; uasculis contenta
prodeuntibus ab ipsis foliorum exortibus: et radicem fibratam:
tota planta gustu est et odore thymi, calidaq; ordine quarto tem
periei, humores omnes supra infraq; expurgat, sed precipue
crassos, et pituitosos dragmae unius pondere devorata, exhiberiq;
potest etiam pueris modica portione pro ratione etatis, et uigo
ris:

De cocoxihuitl Icuhcaltzincensis cap: X+

Herba est cocoxihuitl folia fundens menthae, scabra, oblon
ga, subalbida, et serrata: caulem fuscum, fructum in sum
mis caulibus capitulorum forma, e uiridi pallescentem, radicem
uero surculosam, ~~calida est et sicca ordine quarto quae~~ pro
uenit iuxta cacumina montium regionum calidarum: calida
est et sicca ordine quarto, gustataq; linguam adurit, odorem
spirat cumini, frigori aduersatur, et ab eo ortos flatus dissi
pat, tormina sedat, appetentiam excitat seu herba ipsa de
uoretur, seu succus, iusue decocti absorbeatur: menstrua, et
urinam euocat, reserat obstructa, paralisi medetur, coctioni
fert opem: crassos humores incidit, perfrigerata membra in
staurat, aliaq; his similia prestat iuuamenta

De cohayelli seu chichicahoazton seu
herba serratorum foliorum cap XI+

Chichicahoazton quam alij chichicahoaztic, Alij cohayelli seu
anguem fetentem, Alij tlilpoton seu nigram et fetentem plan
tam uocant, herba spinosa est, proferens cirsij folia, longa, et
angusta, serrata, et spinosa unde nomen, caules rotundos, cauos,
purpurascentes, et in eorum cacuminibus capitula spinifera,
et obrotunda, radicesq; fibratas: prouenit temperatis ac mon
tosis locis, quales sunt quauhtepicensis: Calida ordine

quarto natura constat, sisaris sapore, odorato tamen, et acri; Radix trita, ac deuorata pondere dragmarum trium ex aqua untijs decem uentriculi imbecillem calorem roborat, dolores uentris, ac ceterorum membrorum efrigida causa ortos sedat, flatus discutit, colicae, et iliacae confert, urinam, et menses euocat, satietati medetur, uenerem stimulat, ac uentriculum impense frigescentem confirmat, et fouet, et morsibus serpentum ueninatorum medetur, quae omnia efficacius prestat si ex uino, liquoreue alio calenti, et roborante offeratur; quin tumores preter naturam admota dissipat, humores articulis infartos attenuat, ac discutit, et cuiuis frigidae medetur intemperiei:

De çoçoyatic seu planta palmae simili Cap. xii +

Çoçoyatic herba quam Michuacanenses xahuiqueno cant, folia profert porri, palmaeue humilis, unde nomen: et in caule flores longos, et purpureos, caliculorum forma, radicem capitati porri instar ubiq. prouenit, radix contrita. admotaq. naribus proximus sternutamentum eicit, ac trahit pituitam, quo fit ut ea indi medici quos uocant titici ueluti certissimo quodam indicio periclitentur, qui nam ex egris, qui curandi sibi contigere, sint morituri, aut qui sanitati tandem restituentur: eadem dragmae unius mensura deuorata urinam dicitur euocare, et dyssentericis mederi, mures necat carni permixta, ius uero decocti pediculos si caput eo lauetur: Hec est illa nobilis planta quae concisa minutim et in mulsam coniecta muscas omnes per errantes domum estatisq. preccipue tempore morosas, atq. molestas dulci esca inuitata delet, ac perdit, aeris est calidaeq. et sicca ordine quarto: Radix in testiino recto posetq in pillulas conformata est admota, pectori confert, pituitam trahit, et instaurat ob eius redundantiam contabescentes.

De Mecaxochitl cap xiii.

Volubilis herba est Mecaxochitl binos dodrantes longa, per terram repens, folia ferens magna, pinguia, oblotunda, odora et acris saporis; caules teretes, contortos, et (preterquam unde oriuntur pediculi) leues, per terram repentes, ac circa singulos foliorum exortus radices oriuntur fibratæ, capillisue pares; fructus piperi longo persimilis est: Nascitur humectis locis regionum feruentium, qualis est quauhnahuacensis, et Ytociacocotlensis, quarto gradu ~~[illegible]~~ calida est, et tertio sicca natura, et fortassis ad piperis longi species achinens, bibitur cum cacao atl gratumque illi saporem conciliat, Cor roborat, uentriculum calefacit, oris halitum comendat, crassos, lentosque humores attenuat, aduersatur uenenis, iliacis, et colicis confert, urinam euocat, menstrua, ac partus emortuos trahit cum Ililxochitl, uiuosque accelerat, obstructa reserat, frigora et ex eis ortos dolores tollit; rigoribus febrium opitulatur, et alia his similia prestat iuuamenta.

De oliuhqui seu planta orbicularium foliorum cap xiiii.

Oliuhqui, quam coaxihuitl seu herbam serpentis alij uocant, Volubilis herba est, folia uiridia ferens, tenuia, cordis figura, caules teretes, uirides, tenuesque; flores albos, et longiusculos, semen rotundum simile coriandro unde nomen: radices fibris similes; calida quarto ordine planta est, luem gallicam curat, dolores e frigore ortos sedat, flatum ac preter naturam tumores discutit: puluis resina mistus pellit frigus, luxatis aut fractis ossibus, et lumbis feminarum laxis auctis robore mirum auxiliatur in modum: Semini etiam ~~[illegible]~~ est usus in medicina, quod tritum ac deuoratum illinitumque capiti, et fronti cum lacte, et chilli, fertur morbis oculorum mederi: deuoratum uero uenerem excitat, acris est sapore, et temporis ueluti et planta eius impense calida: Indorum sacrifici cum uideri uolebant

uersari cum superis ac responsa accipere ab dis, ea inscibantur planta, ut desiperent, milleq. phantasmata et demonum ob uersantium effigies circumspectarent: qua in re solano mania co Dioscoridis similis fortasse alicui uideri posset:

De portecpatli huaxacensi XV.

Herba est portecpatli folia ferens ruta, candida, pusilla, conuoluta, ac arborum erumpentibus gemmis similia, qui toto anno seruat, ac nasturtium indisjecta similitudine sapiunt; caules lignosos, et fuscos, ac radices tenues, fibris similes: Nascitur saxosis locis, et asperis montium fragminibus, regionis huaxacensis: caules, et folia calida et sicca ordine quarto natura constant, eadem tusa, et dragma unius pondere diuorata succurrunt neruis, tendinibusq, aut resolutis, aut conuulsis, modo a frigida, et humida euenerit causa, ac amissum restituunt ~~bonum~~ motum; quod est permultis cognitum experimentis:

De Ilalatochietl seu humili pulegio cap XVI +

Species est Ilalatochietl pulegij peregrina, tragoriganinis, herba namq. est folia habens parua, serrata, origano similia, binaq. per interualla, et minora, caules tenues, flores purpurascentes ex albo, binos quoq. ab ipso foliorum prodeuntes exortu: radicem longam, tenuem, et fibratam; prouenit montosis, ac planis xalatlauhij locis, ubi seruari in manipulos redacta in totius anni usum passim consueuit; calida et sicca ordine quarto natura constat, et cum ceteris generibus urentior sit linguam tamen quamprimum calefacit, paulo post uelut atochietl species, reddit impense calidam, Ius dicocti eius discutit flatus, dolorem uentris tollit, coliis medetur, frigus pellit, urinam et sudorem euocat:

De Tepecuitlaçotl seu cuitlaçotl montana Cap. XVII +

Herba est Tepecuitlaçotl folia habens pyri, sed maiora, caules sesquidodrantales, subalbidos, et radicem surculosam. Nascitur Anenecuilci: Radix est calida et sicca ordine quarto, acris gustus, urensq: radix tusa, illitaq dorso rigores accessionum tollit: flatum discutit: crassos, et lentos humores attenuat; dolores a frigore aut flatu lenit; urinam, et menses trahit: sudores euocat, conuulsis et his quibus motus est impeditus auxiliatur, confert resolutis, aliaq permulta exibet auxilia, quæ ex simili temperamento solent secundum naturam prouenire.

De Tuzpatli Cap. XVIII +

Tuzpatli herba est radicem ferens rotundam, nucis ponticæ magnitudine, fibrisq referta tenuibus, et cyanei coloris, unde prodeunt pediculi tenues, et in eis folia sinuosa, et polipodio pene similia, sed minora, et uirentiora; et flos ut aiunt nullus: Nascitur in planis editisue, sed calentibus locis Totoporensibus: Radix est acris, odora gustu, calidaq et sicca ordine circiter quarto, subtiliumq partium: curat hæc impetigines, panos, furunculos, et gallicum uocatum morbum, et alios discutit præter naturam tumores: Radix applicata, atq deuorata alijs morbis succurrit, quos facile ex prædictis uiribus quilibet methodo quadam deprehendet, egregia uidetur planta, et quæ nullis esset carenda officinis

De Tzahuenguenei Tzatseman seu
Philipendula Michuacanica Cap: XVIIII +

Herba est Philipendula Michuacanica radicem fundens glandi similem, intrinsecus candentem, et extra fuscam, desinentem in tenuem, et longum funiculum, unde prodit caulis purpurascens, ornatus folijs in tres partes, quarum media maior est diuisis, serratisq: et floribus

circa postremos ramos per ambitum coccineis, ac media parte luteis, cum alba quadam iride: Nascitur in frigidis montibus, et eorum uerrucis Jacambaci provincia Michuacanensis, Radix est calida, et sicca ordine tertio completo, et quarto incipiente, acrisque et subamari saporis, odoris uero Copalli, aut Jeiomahacae persimilis, folia tusa, et admota medentur scabiei, et redacta in puluerem ulceribus, ac praecipue pudendorum: Radices tusae atque ex aqua deuoratae duarum dragmarum pondere urinam, et menses euocant, conuulsionem curant, pectori conferunt, frigus pellunt, reserant obstructa, opitulantur cœliacis, hydropicis, colicis, iliacis, et ceteris quibus medicamenta calida siccaque ordine tertio subtiliumque partium solent conferre

De Izahuenguani seu philipendula Michuacanica altera cap xx +

Izahuenguani herba est radices proferens illis nostratis enanthes similes, sed paulo maiores, et fibris refertas, quinas, [illegible] senasue inter sese connexas, e quarum singulis unicus prodit caulis referens folijs angustis, et longis; floribus circa medium luteis, in ambitu uero purpurascentibus: Nascitur in frigidis Michuacanensibus, quale est Pusquarum: Radix Copallis nocati saporem refert, calida et sicca ordine quarto natura, et nonnihil amara, scabiem illita dicitur tollere: et pustulis oris alui galli ca mederi; flatum discutere, pellere frigus, sudores euocare, calefacere membra refrigerata, et pectoris affectionibus conferre, subtiles partes sortitur, unde qui uis posset facile alios per multos diuinare usus::

De Itzoquilpatli cap: xxi +

Herba est Itzocuilpatli quatuor dodrantes longa, folia ferens ocimi, parua, crenata, ac nonnihil sinuosa: et caules radici fibratae insistentes. flores uero abeuntes in pappos, summis quibusque caulibus senos, septenosue appendentes: Nascitur c'elitis, et calentibus locis papalotispaci: odora est et quarto ordine calefaciens, et exiccans: folia deuorata ex aqua pugilli unius mensura dolores capitis, ac totius corporis tollunt, purgantque: quin glans e radicibus parata, et supposita ueneris mitigat dolores, et extergit intestina:

De ychatlepatli cap xxii

Ychatlepatli herba est folia proferens mediocris magnitudinis cordis fere figura, inferne hirsuta: albidaque, et uiridia superne: caules multos, ac purpur[redacted]scentes, flores uirentes in formam corimborum compositos; orotundumque fructum, et capillos quosdam iuxta foliorum exortus; radicemque fibratam, prouenit calidis regionibus, praeruptis locis, montiumque faucibus, acris calidaque et sicca ordine quarto, et facultatis adstringentis: folia mirum in modum chrisomylorum odorem, aut malorum cidoniorum spirant: Jus decocti eorum dolorem uentriculi sedat, farina radicum inspersa ulceribus purulendorum medetur: cortex radicum ex aqua deuoratus dicitur hijdropi mirabili quodam successu mederi, si trium dragmarum sumatur mensura:

De yztcuiul seu oculo depicto cap xxiii +

Herba yzcuicuil caules fert exiles, et geniculatos, rutaceis folijs refertos, sed longioribus; flores candentes, et paruos circa singulos foliorum exortus; radicem peoniae similem, extrinsecus fuscam, et intrinsecus albam; Radix cuius est in medicina usus, initio sentitur dulcis, sed mox exurit guctur, puluis eius coniectus

in aquam atq; ita infusus aut deuoratus uentris aufert dolorem; pituitam detrahit, et urinam euocat, dragmae tamen unius pondere: calida siccaq; ordine quarto natura constat, ac urenti facultate; seruatur radix in annuos usus:

De yztacpatli yanguitlanensi Cap: XXIIII +

Yztacpatli herba est folia producens oblonga, angustaq; et caules tres spithamas longos, tenues, cauos, et geniculis interceptos; coccineosq; flores; ac radicem fibratam, et sensim gracilescentem: prouenit apud misticam superiorem: Radix est acris, et aliquantisper glutinosa, calida ordine quarto siccaq;, eadem in farinam redacta dicitur ueneris tumores discutere, et punctis etiam euocatis humoribus ad cutim mederi, si bis die dragmae unius pondere ex aqua bibatur:

De yztacpatli yqualapensi XXV +

Herba yztacpatli yqualapensis radice nititur fibrata, unde profert stipites tenues, teretesq;, ornatos folijs ocimi, circinatis et subluteis floribus in pappum abeuntibus, Nascitur in calidis planisq; et humidis locis regionis yqualapensis, Radix est acris, nonnihil amara calidaq; et sicca ordine quarto; folia untiae unius pondere deuorata, aut decoctarum radicum ius uentris dolorem sedant, ac pellunt lumbricos:

De yztacpatli Atotonilci XXVI +

Yztacpatli Atotonilci herba est folia proferens lini argentea, longiuscula, et angusta; caules sesquidodrantem longos, teretes, lignosos, subalbidos; flores ut dicunt modicos, et candentes; ac radices surculosas: Nascitur apud Atotonilcenses aridis planisq; ac frigidis locis, ubi ea franciscus quidam Zimbren aquo etiam

habet nomen passim utitur, reputans mirabile pharmacum, et reliquorum quae apud indos in usu adhuc sunt prestantissimum: calida namque est et sicca ordine fere quarto, odoratque: Radix semiunciae pondere teritur, et redigitur in sphaerulam, mox resolvitur ex vino, et bis terue percolatur, ac bibitur succus, qui corpus citra ullam noxam, aut laborem affatim evacuat:

De Çacatlepatli xxvii +

Çacatlepatli quam alij Tetlacian seu urentem medicinam vocant, herba est folia ordei proferens, graminisque: flores luteos, calycibus contectos, ac semen exile, et rotundum, radicesque multas asphodelo similes: Nascitur in frigidis locis, qualis est huixotzincum et xalatlaneum, Radices calci additas aiunt ueteris ulceribus egregie mederi, sed precipue his quae fauorum more multis scatet osculis, dilatatis namque plagis, atque extersis, tandem eo initio afflicti sanitati restituuntur; strumas etiam sanare impositas felici semper euentu: tumores preter naturam rumpere, atque patefacere, curare lichenas, et integram si opus sit carnem corrodere, et excauare, calida enim est ordine quarto, et urenti natura unde evenit nomen:

De Axixcoçahuizpatli seu medicina urinae luteae cap xxviii +

Herba est Axixcoçahuizpatli folia ferens inferne lutea unde nomen, scutorum aut hederae forma, multisque distincta interuenijs; caules teretes, longos, lignosos, radicem vero breuem, crassitie uiulam, fibratam, Nascitur in collibus frigidarum regionum, campestribusque locis yanguitlani Mistecae superioris, Radix est odorata gustu, acris, calidaque et sicca ordine tertio subtiliumque partium; urinam euocat, et dolores renum tollit, Jus decocti foliorum semel quotidie tempore matutino epotatum:

De Cempoalxochitl seu Indicis caryophillis
Cap. XXVIIII

Planta ferens florem quem Mexicenses a numerosa foli
multitudine Cempoalxochitl, hispani cariophillum indicum,
antiqui ex quorundam falsa sententia othonam, aut Jouis f
rem uocant, Herba est cuius septem precipue (quamqu
sint et aliae) in hac noua hispania differentiae reperiun
flore, nomine, et magnitudine distinctae: folijs omnes consta
tanaceti, floribus aut luteis, aut ex luteo rufescentibus
facultate ordine tertio calida, ac sicca, sapore acri, tenu
bus partibus, et non sine quadam grauitate odoratis, ui p
let discussoria, et aperienti; foliorum succus ebibitus aut f
lia ipsa contusa et ex aqua epota uinoue, uentriculum g
lidum contemperant; menses, urinam, et sudores eliciunt, f
gora intermittentium arcent, Illita paulo ante accessionem; f
tum discutiunt, uenerem excitant, cachexiam a causa f
gida ortam uitio epatis curant; aperiunt obstructa, conuul
laxant, hydropem leuant, uomitum ex aqua tepida procura
et tandem febrium rigoribus, imo febribus ipsis expurgata
urinam, et per sudores causa medetur: Prima speciei flos
luteus, ceterorumque generum flores uincit foliorum ampli
tudine, et numero, et cempoalxochitl proprie uocatur a Me
xicanis, ob numeram, ut dictum mirabilemque foliorum conge
riem, quorum dispositione, et forma albam rosam nostratem
quadantenus uidetur imitari; huius generis planta ceteris
maior est, et amplioribus ornatur folijs: Secundus flos oqu
seu flos masculus dictus, ob magnitudinem foliorum, et cali cu
et a primo genere totius plantae floris et foliorum amplitudi
longo superatur internallo, sic reliqua in omnibus (si fol
rium numerum excipias quo cunctis pene cedit) superat,
ac uincit; Tertium florum genus Tlapalcacauatli ob

colorum varietatem dictum minus est secundo, sed folijs (ut attigimus) numerosioribus, et e luteo in venetum inclinantibus colorem, huius planta minor est precedentibus, et minoribus folijs constat; quartum vero dictum macuilxochitl tertio fere est par, sed pallenti colore; quintum Tlapalcoçatli, vel coaxochitl vocatum predictis omnibus minus est, et non usque adeo numerosis folijs, tertiumque colore imitatur; sextum Çacaxochitl vel coçatli dictum luteum est, et minus precedenti; maius seu lium est septimum Tepecempoalxochitl nuncupatum sed exilioribus, luteisque floribus, qualia sint quoque ipsius plante folia, que sunt omnium minima, quibus vis locis et quovis tempore sata video huius provenire genera, sed lentius in calentibus: emicuere iam diu apud hispanos, cetosque exteris quoque natio nibus flores prestitere:

De cinapatli yacapichtlensi Cap. xxx +

Cinapatli yacapichtlensis, ab alijs pitzauac cinapatli vocata, salvie profert folia, adeo glutinosa, ut tacta manibus protinus adhereseant; flores in summis cauli bus purpurascentes, et in corymborum forma compositos; radicemque fibratam; calida constat siccaque ordine tertio natura, et acri sapore, adeo coniza similis, ut nisi floribus ab ea distaret, in illius species videretur referenda, Ius decocti eius epotum admonumenti humores imbibitos articulis aut nervis mire discutit, ac dolores quovis causa ablata Levat, Nascitur in calidis yacapichtla:

De cococxihuitl seu herba acri xxxi +

Etsi indi plantam hanc herbam vocant, in arboream tamen sepe numero magnitudinem elevatur, duarum ac interdum

trium ulnarum equans altitudinem, atq ideo utriusq imagi
nem exhibuimus apud regis Tetzcoquensis hortos ubi rei herbariæ
aliquot uacauimus dies, ergo asapore acri quo pollet nomen ac
pit, folia sunt polipodio non omnino dissimilia, sinuosa, et magna di
stincta uenis rubescentibus epallido, flores in postremis ramorum
flagellis spicati, ex albo pallescentes, e quibus fructus prodit par
uus, racemosus, et utrinq desinens in ~~acumen~~ acumen; amaro, et
acri sapore constans, multoq affluens succo: stipites hirsuti ac ten
tes et interne lutei, luteoq succo manantes,: Radix magna et sur
culosa qualem exigunt arbores, folia altera parte uiridia, altera
uero subalbida: calida est et sicca intra ordinem quartum non
sine quadam adstrictione, surculi cortice nudati albugines, atq a
gemata illitu discutiunt, succus absumit flauum, curat lichenas,
(quod et fructus facit) et dolores afrigida causa ortos lenit, folia
medentur ueteribus plagis, tusa atq applicata uerrucas corrodunt
et præcipue preputij atq pudendorum, quod certissimo patuit ex
perimento. sunt qui uocent hanc arborem quauhchilli, asapore
acri, et urenti, siliquastroq chilli uocato a mexicanis quam si
millimo, prouenit temperatis calentibusq regionibus, conualli
bus nec non incultis, et hortensibus: sunt etiam qui Tototlinguzo
seu passaris florem uocent: nec desunt qui Tlalcoxihuitl.

De Epazotl cap. xxxii

Epazotl seu planta odorata, Herba est odora, folia ferens ob
longa, crenata et rubescentia, caules cubitales,: spicatum se
ac radices surculosas, Nascitur in calidis temperatisq regionibus
coliturq in hortis nonnullarum comoditatum gratia: Acris est odo
et tertio ordine calefaciens, editur etiam cruda coctaue et adiecta
condimentis corroborat,: pectori, asthmaticis, et obstructis confert,
gratam alimoniam prebet, Jus decocti radicum dyssenterias cohe
cet dissipat inflammationes, et noxia ueneris pellit animalia.

De Erahueni Cap: XXXIII

Erahueni herba est folia origani, caules teretes, flores longiusculos, cyaneos, et angustos, ac radicem contortam, glutinosam et prolixam, olet coriandrum, sed acerius quidpiam sapit, Nascitur in Iancitari temperatis locis: calida et sicca ordine tertio constat natura, et subtilibus partibus, Ius de cocti eius infusum torminibus medetur, urinam euocat, flatum discutit, obstructiones aperit, crassa corpora extenuat, aliosq huius modo usus per multos prestat.

De yauhtli seu nubilosa ~~[illegible]~~ Cap. XXXIIII

Herba est yauhtli ~~[illegible]~~ nubilosa planta quam ob flores comantes qui nubila imitari quadantenus solent, aut quia nubes oculorum discutit appellant. Mexicenses uero Iiztziqui uocant, folia fert saligna serrata, caules cubitales, e tenui radice assurgentes, flores luteos, in umbellam compositos; odorem ~~et~~ et saporem citra distinctionem ullam anasi, qualem folia quoq et cetere eius plante partes referunt: quo fit ut anasi speciem quampiam esse existimare aliquis posset: gustu acri, et amaro et subtilium partium, Temperata amat loca, quales ~~[illegible]~~ sunt Mexicenses agri, et calidiora quoq exornat, et si in montibus solet etiam prouenire, floret imbrium tempore, idest Maio usq in settembrem, quod tempus ueri nostro respondet; Colligitur semen nouembri, folia caulesui februario, sed decembri radix, in orbem nostrum delata carpentano quantum coniectura assequi potest gauderet solo, hortosq philippicos leta exornaret: calida est et sicca quarto fere ordine temperiei, urinam elicit, menstrua euocat, abortum grauidis procurat, emortuosque

partus trahit: quin eius plante particula quocunq modo illam corpori liceat admoueri pectori, tussiq confert, flatum discutit, sistit aluum nimis fluidum, oris halitum comend lac generat, uenenis aduersatur, uenerem stimulat, dolo rem capitis leuat, amentibus fert opem, et a fulmine perterritis, atq stupefactis, fluxum sanguinis compescit sitim hydropicorum extinguit, frigora febrium suffit illitum arcet, et uiperino adipi mixtam epotamq ruptas uenas resarcire; Vaporem uero iuris decocti e naribus immodico humore perfusis ferre opem: et trita inspersamq auribus male habentibus: tumores preter tura tusa, atq admota dissipat, uentriculum cal cit, satietati et precipue puerorum medetur: renum uesica capillos, arenas, ac crassiorem pituitam ibidem infartam abstergit, humores extenuat, admota cum uentriculo uomitum cohercet, pus gignit, ulcera sanat, ro confert, cimices fugat, arcet hemicraneas: precipua utilitas est aquam ubi aliquandiu maduerit nouem di bus matutino sumptam lychenas et impetigines mire sa nare

De Pelon Mexixquilitl seu nasturtio peruino Cap XXXV

Translatum quoq est ad Mexicanos quorum uiridariorum septa et fenestras exornat, quod nostri peruinum nastur tium nuncupare solent: Mexicenses uero pelonmexixquilit seu Pelonchilli, folia ferens obrotunda et ueneris labro si milia, sed exilia, et angulis quibusdam interdum uariata

appendentiaq; pediculo nequaquam media parte sui, sed e loco in alterum circumferentiae ambitum inclinanti, inferne squalentia, et uirentia superne; caulem rotundum, tenuem uolubilem, pergulisq; quibus ornatus gratia adhiberi solet sese implicantem: flores e luteo rubescentes, aquilegiae oviridi tum in se gerentem, inferna parte contortum tubulu, superiori uero septem foliolis constantem, quorum duo magni tudine praestantia ceteris, ac duo alia [illegible] lineas quas das rubeas inscriptas gerunt plagis Christi optimi maximi quibus cruces passim exornari solent haud dissimiles: Tria uero reliqua quae medioera inter praedicta sunt tria ueluti clavorum capita, calida et sicca hec herba est ordine fere quar to; saporeq; et uiribus nostras nasturtium indistincta emulatur similitudine, adeo ut in nasturtij species, et si longe forma dif ferat possit impune recenseri, uiridaria pergulasq; et figuli nis uasibus sata fenestras atriaq; ipsa exornat; uiret to to anno, floresq; producit, nisi cum frigoris inclementioris afficiatur iniuria; adhibentur flores acctarijs quae ex oleribus parantur, gratiamq; ita et saporis et aspectus addit: Ventriculo ex frigida causa imbecilli; aut flatu dolenti subuenit, tussi auxiliatur, tritus idem cum alumine dolores dentium sedat, aufert dolorem, et tumores etiam a causa calida ortos, nempe eadem discussa, si frigidioribus admungatur medicamen tis, et ulcera curat inflammata. Nam eo, contra excitatos a frigore dolores nostrate nasturcio admoto, uti, mos est, qui busq; locis sed praecipue calidis, toto q; (ut dictum est) anno nisi uehemens frigus sit impedimento et uiret et edit flores:

De phi'huame cap xxxvi

Phehuame seu medicina ad partum accomodata, a Michuaca
nensibus sic uocata, apud quos copiose prouenit, Dioscorides
noster Aristolochiam clematidem uocat, atq quia ne'q il
lam apud alterius orbis colonos pictam aut uiuam mihi
nunq uidere contigit; et huic orbi familiaris est delinean
dam curaui, additis preterea ijs usibus quos hec gens et nun
demum ego ipse comperi experimento: Ergo uolubilis herba
est folia ferens cordis figura, sed tamen minora: flores purp
reos, ceteris generibus aristolochiæ similes: radicem crassan
longam, et subrubro cortice uestitam: huius est in medicin
usus precipuus, ut que odora ualde sit, acris calida q e
sicca ordine tertio temperiei, ac subtilium partium: Jus de co
si eadem cura qua chinæ aut zarza parillæ parchur au
ijs dem misceatur, et persimili quoq uictus ceterarumq rerum
quas uocant non naturalium institutione exibeatur quem u
frigorificum affectum aut alium hispanica profectum miro cu
rat: Iusti antiquam Asthmatiq medetur, flatum discutit co
minuit lapidem renum, et uessicæ affectibus ex frigore or
succurrit, dolores capitis et quos uis alios qui inueterati
sunt tollit, uitiatum colorem emendat, menses trahit,
partus accelerat, reserat obstructiones, ac frigus pellit, ha
betur hec planta maximi ab Indigenis, et computatur
inter saluberrimas, Nascitur temperatis frigidisq regi
nibus michuacanensibus;

De Pipere Rotundo cap: XXXVII

Piper rotundum, uolubilis plantæ, ac similis illi quæ piper longum fert, fructus est, folijs oblongis, et nervis internis nisi secundum longitudinem procedentibus distinctis: nullius fere acrimoniæ, aut odoris, et semine racematim dependente: Sunt uero plantæ piperis longi, nigri, et albi, distinctæ contra antiquorum sententiam, sed tamen congeneres, ~~Nascitur in multis~~ Sines ~~[illegible] radix orientalis bacis~~, præcipue plantæ nigri piperis et albi quæ adeo ~~et~~ similes sunt ut vix distingui possint nisi fructus tempore etiam ab incolis,: ~~[illegible]~~ Nascitur in multis sinis atq. indiæ orientalis locis, in cæteris uero consulas antiquiores et garciam ab orto:

De Tacuache seu radice Michuacanica cap. XXXVIII

Tacuache est radix Michuani expurgans, quam alij purgam, Mexicenses uero tlalantlacacuitlapilli uocant: ~~Huius~~ tres reperiuntur species, Masculum nempe, et feminam depingere curavimus, forma et viribus valde similes,: Utraq. herba est radicem fundens longam, crassam, et lacte manantem, candidamq. et ex ea caules uolubiles, tenues, et ornatos folijs raris, cordis figura, ~~sed~~ minoribus, floribus uero oblongis, ~~et~~ coccineis ac fructum peponis forma, et ~~figura~~ magnitudine, lanugine candenti, ac semine albo refertum, tenui, latoq. non sine bombicinis quibusdam filis argenteis, et lentis: Radix calida est quarto fere ordine siccaq: guttur devorata urens: purgat omnes humores per inferna sed præcipue pituitam, sexquidragmæ duarumue dragmarum ponderi ex aqua uinoq. uitri pulli, aut ex tremulo ovo, voratu facilis, nec admodum ingrato gustu: Sunt qui lacte aut expresso succo utantur vice Scamonij: imo qui contendant plantam ipsam ad Scamonij genera attinere

addantq in electuaria sicca cum sacharo mirabilemq dicant
effectum prestare; sunt qui radicem leuigatam per noctem in
aqua sex dragmarum pondere macerari permittant, mane
percolent et exprimant, et aquam propinent, atq ita parum
iniucundo utuntur pharmaco, in penuria aut caritate scamon
additur in electuaria que illud solent recipere, et per quam
comodum prestat effectum: Sunt etiam qui radicem illitam a
rant mederi febribus, et liquorem instillatum oculis: Tertia vero
species nigricanti solo saxosis locis precipue prouenit, et radicem
fundit tenuiorem, que aptissima sit duarum dragmarum ponder
parando excolmenti electuario addito sacharo Tauhtlique di
centi mensura, aut tragacantho quo ad leniter nauseandam
bilem, aut pituitam nequeas offendere prestantius illum s
qui ex iure decocti eius syropum parant qui trium unciaru
pondere pituitam bilemq mira facilitate purget. Nascitur i
calidis planisq huius noua hispania permultis locis, et si
Michuacanensibus ubi primum reperta est, et nis cognita pr
cipuum nobilius invenit nomen: Nam et Temimiltecensibus
est familiaris, qui ferunt urina cuo canda permixtam rad
cem canda elaquatz in aquis portionibus miram exibere
ram, siccanda autem radix, atq ita deinde reponenda cau
dum ab herba quadam per omnia pene simili noxiaq:

De Zeoquilin seu saxeis uermibus Cap xxxix

Spectanda constant ~~forma~~ Zeoquilin, Herbulanamq est trunc
initio mittens uetuli geniculatos atq squamiferos, et circul
quibusdam palmarum instar precinctos, qui capillis undi
prodeuntibus radicantur statim terra solum detacta; et
ex eisdem prodeunt folia cordis figura, rara, necnon et cau
culi in fructus uocare malis piperi longo persimiles; gust

odora est, acrisq; calida et sicca ordine tertio, aut fortassis quarto, leuigata hec atq inspersa uulneribus egregie medetur, flatum dissipat, uentris sedat dolorem inflata, uiscerum frigus pellit, hydropem sanat, urinam euocat, aliosq huius modi prestat usus, subtiles sortitur partes, et innascitur saxis locorum humidorum et calidorum.

De Ilatlauhcapatli cap: XXXX

Herba est Ilatlauhcapatli folia Alsines exilesq ferens, caules dodrantales, et exiguos, albosq flores, radicem uero surculosam, intus ac extra ex albo rubescentem. Nascitur in collibus regionum calidarum, qualis est illa Tezcoqui et Chietla: Radix est dulcis ac nonnihil acris, calida et sicca ordine tertio natura, nec lubricitatis expers, Mirabile medicamentum aduersus pectorum et [illegible]orum morbos urinam euocandam: et frigidas alias affectiones propellendas seminatia eius matutino deuorata: quin tumores maturat, ac discutit, nec desunt qui febres curare dicant, fortassis interpollatas, aut uacuata causa reliquas:

De yautli Montana, cap: xxxxi

Yauhtli Montana, seu Tepeyauhtli quam alij yauhtli citra cognomen ullum nuncupant, Herba est folia ferens yauhtli similia, saligna, sed tamen minime serrata, ac longiora: caules tres altos cubitos, flores coccineos, et calyculorum forma oblongos, radices uero multas, fibratasq; calidarum ac frigidarum regionum alumna est, conuallium, ac montium incola, et septembri mense floret, gustu acris est et odorata, ac facultate tertio ordine excalefaciente, tenuiumq partium, succus dicitur mederi oculorum morbis, aut illitus aut admotus capiti, urinam, ac menses euocat, et quicquid in uijs urinarijs

renibus, uessicaque preter naturam continetur: absumit flatum; u
triculum, uisceraque omnia ob frigus languiscentia confirmat
colorem uitiatum emendat, aluumque cohibet; bibitur puluis eiu
ex potione cacauatl aduersus tussim et pectoris frigiditatem,
fiuntur aulæ ex ea herba in ignem coniecta contra grauem
odorem et potissimum a morbidorum hominum halitu inuicunda
fictum: medetur satietati, alui torminibus ac uenericulo f
gida affecto intemperie:

De yztactexcaltlacotl seu uirga candida saxorum cap xx

Herba est yztactexcaltlacotl folia proferens urticæ serrat
caules purpureos, teretes, quaternos cubitos longos, flores in
cumine comantes, pilosos, non senescentes et purpurascent
ex albo; Nascitur in locis saxosis xalatlauhcensium: sapor
tra ullam distinctionem animum refert: Temperies calida e
sicca est, et tenuius partes; Radix pugilli mensura tusa den
rataque ex aqua semisino sudorem elicit dolorem passis, atque it
eum lenit, et mirabilem prestat ea in re operam:

De Cayopatli Vaxacensi cap: xxxxiii

Cayolpatlis herba quam alij uocant cacapulnic, michua
nenses uero Camiuma appellant, folia serrata producit,
quina, angelicæ fere forma, aut elaphobosci, cuius speci
esse arbitror; caulem tenuem, feniculaceum minime ta
geniculatum, flores in umbellam compositos, et ex albo pall
tes, ac semen quod orbiculare est saliuosum, odorum, et paul
acre, radicem uero digitalis amplitudinis crassoque cortice
sitam; Planorum ac temperatorum locorum alumna est,
montium faucibus incola agri uaxacensis, ytzocanensis
michuacanensis; Radix quæ calida et sicca est ordine

secundo. initio pastinacam sapit, ac tandem acris sentitur, et guttur pungens, illa et admota umbilico dicitur diarrheas compescere, deuorata uero tussi, et raucedini auxiliari:

De xoxonacatic cap. xxxxiiii

Herba est xoxonacatic folia habens ceparum folijs similia, uerum breuiora, et angustiora, flosculos longos, et luteos pe ziolis appendentes exilibus, radicem orbicularem succo ma nantem nucis ponticæ magnitudine, opertam quibusdam nigris capillamentis: Nascitur in frigidis humentibusq. locis imbrium tempore: Binæ radices tusæ atq. ex aqua deuora tæ omnes humores purgant per inferna citra ullam anxieta tem, et laborem: Leue et securum est pharmacum, lenisq. opere, ut quod exiberi soleat senibus, ac natu minoribus, febrientibus, ac febre uacantibus, iacentibus in lecto, ac solita obeuntibus munia, seu uirens seu sicca, sed frequentius et comodius sicca, seruatur uero [illegible] duos, ac si opus sit tres integros annos: Aduersatur Asthmati eodem pondere, calida enim ordine secundo natura constat, lubricaq. ac guttur non nihil urenti:

De Anchoa seu Zingiber masculo cap. xxxxiiiii

Ancoas folijs constat asperioribus, et crassioribus, uulgari Zin gibere, eadem tamen forma, radice quoq. maiori, atq. crassio re, sapore acriore, cum quadam amaritudine, usus est apud indigenas aduersus uenerie[illegible] et alias affectiones ortas a fri gore comesa et oleo nucis indicæ conspersa atq. ita applicata mirus: nec non aduersus plagas uenenatas parato lichnio eodem oleo intincto atq. ita demum adacto: Addunt

uim medicamenti maiorem participare marem, quàm femina
quo etiam uina quedam ab Indis philippicarum insularum p
ri solent, que ad presens referre non est opus:

De chilli India orientalis seu Zingiber xxx

Quod Mexicani chilli orientali uocant, Arabes perse et Dur
gengibel appellant, officini autem gingiber aut Zingiber D
sunt eius genera, mas et femina, De Mare sub Ancoa nom
ne precedenti capite dictum: femina uero seu uulgare Zingi
herba est duas tresue spithamas longa, radicibus tuberosis,
transuersis, unde profert caules arundinis similes, et in
folia longa, et angusta, iridi aut gladiolo paria, et in sum
caulibus capitula sticchadi quadantenus similia: Nascitur
omnibus indiae prouinciis excultum satumque semine, aut radice; na
quod sponte ~~prouenit~~ flocci penditur, Nascitur etiam in insu
philippicis, et translatum iam est ad haitinos, et Mexicanos u
id ad uiuum exprimendum curauimus, ac ibidem seritur p
qui solo, stercoratoque et pulchre exculto solo, et humilibus quib
dam arboribus adumbrato, regionum calidarum mense mar
radice in frusta pollicis magnitudine dissecta, quinque digi
rum interuallo, ac totidem ferme profunditate teguntur terr
rigaturque statim asam, ac deinde bis per singulas quasque se
timanas aut semel tantum si udus sit natura locus sarrie
dum etiam est, sedito ut planta nouella non conuellantur
aut ulla afficiantur iniuria: est autem terra ter quate
repastinanda, per singulos annos uindemia fit aridescen
bus folijs, quod iuxta [illegible] initium ianuarij accidere solet
multo uero ut comode recondi possit corradendus exter
cortex est, conijciendumque in labellum plenum muria, et p
mittendum ibi horam unam aut dimidiam manere mox fol

exponendum equali temporis intervallo, ac demum seragalis sub tecto insternendum donec humor omnis exhalet, quod si adhuc madens perseveret soli rursus exponi oportebit, si vero transferri conveniat, terra opertas radices servari est necessarium thecis inclusas dulciq aqua aut imbribus quoties dictum est irrigatas, noctu operiri, atq interdiu patere celo: de facultate nihil in tanta luce dicere opus est. Illud narrant Incolae Indiae orientalis concisam hanc radicem per mixtamq alijs herbis et aceto oleo ac sale conditam in dec tarijs edi: nam non in quibusq Indiae partibus praecipue si humidiores sint equi est ac apud nos acris, et urens.

De AtZoyatl cap xxxviiiiii

Herba est AtZoyatl folia ferens hirsuta, et mollia, et figuram cordis quamq longiora sint emulanteia, caules numerosos geniculis rubris inter interstinctos, flores extra rubeos, intra vero candentes, palmum longos, calycum prolyxiorum forma; ac radices fibris similes: saporem, et odorem anisi profert, non sine quadam acrimonia: frigidissimorum q locis Alumna est, et flores septembri mense mictere solet, calida siccaq temperie constat, cum ad sericitioni et partium crassitie; quamob res dyarrheas cohercet, ventriculum firmat, flatum discutit et dolorem e frigore natum tollit:

De Cococaquilitl seu olere aquatico xxxviii

Cocoquilitl Herba est folia ocimi proferens, sed profundius serrata, ac veluti sinuosa punctisq luteis distincta, caules sexangulos ternos: flores betonicae altilis, seu cempoalxochitl sylvestris, quorum folia coccinea sunt, in medio

uero apex croceus eminet, prodeunt hi ecalycibus quibusdam squa sis cyano haud dissimilibus radices uero fibratae, ac plomen ium cubitorum assequitur longitudinem. flos foliaq odora sunt, et acris saporis, illum nasturtij paulisper imitantis, unde euenit ei nomen; edunt eam pro olere indigenae, urinam, et menses euocat, flatum discutit, calefacit uenericulum, crassos humores attenuat, cor roborat et utero confert quomodolibet applicata: seri semine potest: Ad species cempoalxochitl ut orchis referenda, quod odore etiam eius apparet indicari:

De Letzmitl Tonalla cap XXXXVIIII

Species uidetur sedi letzmitl tonalla, Herba namq est folia ferens longa, et angusta, raraq et iuxta extrema latiora; caules teretes; flores uero orbiculares, et candentes: ac radices capillis similes; doloribus uniuersi corporis medetur, appetentiam excitat, extergit uaros, uomitum eiet, ustaq curat, ad uomitum ciendum bibendus est succus, atq ita longis et insanabilibus medetur morbis, lubrica uidetur et nullo insigni praedita sapore et si cum primum linguae admonetur nescio quid acrimoniae sentitur: Nascitur in calidis mishicae inferioris iuxta littora fluuiorum:

De chichinal memeya seu planta lacte manante cap XXXXVIIII

Herba est chichinal memeya lacte manans, unde nomen et magnae utilitatis fertur esse medicamentum, seu planta sui generis sit, seu ad thithimalorum genera pertineat: folia namq fert pene castaneae, serrata, et aspera:

caules

caules teretes: flores oblongos, vasculis similes rubros, sed circa extrema in luteum elanguescentes, radices vero longas, teneras, ac fulvas; Nascitur locis saxosis iuxta frigidarum regionum montes; vacuat cortex eius febre quartana aut tertiana laborantes adeo felici successu, ut egrotus statim ab evacuatione reddatur interdum incolumis. assumendus autem duarum dragmarum pondere ex aqua resolutus, sunt qui misceant comendandi saporis gratia quatuor grana cacanatl, totidemque ponticas nuces, aut amigdalas. atque ita propinent die quieti matutino tempore inchoato somno. ut et cum cetera assumuntur pharmaca fieri co̅suevit

De pycielt seu Tabaco cap. xxxxix.

Planta quam mexicenses picyelt seu yelt vocant, ab Haitinis appellatur Tabacus (a quibus non ad indos solos, sed ad Hispanos id difluxit nomen) eo quod suffumigijs admisceretur, quam Tabacos etia nuncupare consueverunt, a Brasilianis Petum, ab alijs herba sacra, a nonnullis Nicotiana dicitur; non est autem una huius planete species, Alij namque tres in hoc antiquo orbe reperiri affirmant, ac plantam hanc in Tabacum maiorem minorem et minimum partiuntur: At quia maiores minorisque tabaci differentia pusilla est, consistit enim in magnitudine et longitudine ac adherentia foliorum sine pediculis cauli, ut in maiori observatur, in minori vero folium est paulo minus, longo pediculo ramis inherens, ac florum potissima, cumque id ob [redacted] causas mutationes in plantis efficientes latius in prohemio explicatas contingere potuerit non immerito duae tantum species sunt quae observantur in hac nova hispania, quarum alteram picyelt

alteram uero quahuyelt appellant; Pieyelt ergo herba est foli
ferens lata, oblonga, ac personatae quadantenus similia; Caules
quinq plureue dodrantes longos, atq hirsutos, inconditos, stri
tos, et leues; flores hyosciami ~~similes~~ lutei similes; eisq dici
dentibus uascula praedicti hyosciami ~~simile~~ emula, referta semi
ne pusillo papaueris minori, ac ex russo nigricanti: radicem breui
non admodum tenuem, sed fibratam: quahuyetl uero in magnam
assurgens altitudinem assyriam malum, limonem uocatum equa
caule recto multos emittenti ramos, et in eis folia mali assyri
longiora, hirsuta, colori uiridi diluciori, uti tota planta diffusa)
interdumq folia, soli, et caeli rationi uariantur quandoq em
cubitalem longitudinem, ac pedalem latitudinem assequuta sin
pediculo caulem amplectentia, nonnumquam uero folia minora
pediculis inherentia ramis ~~fert~~, conspiciuntur: flores campa
nuli instar fere, concauos, ac per extremum sex septemue angu
lis distinctos, candicantes, medio uero purpurascentes, ordine per
ramulorum longitudinem dispositos, quibus succedunt capitula oci
moidi similia maiora tamen, plena semine pusillo, ex cinereo ni
gricante: radices multifidae sunt lignosa, ac fibrata: Seritur ut
lactuca, neq aliter cum expedit transfertur, et colitur, nullum
(modo pingue et humectum sit) solum respuens: Ambae sunt acri
sapore exsiccanti calideq ordine tertio completo temperiei, e quibu
intelligere licet errorem eorum qui arbitrantur frigidas esse
plantas, et ad hyosciami differentias pertinentes; nam tam
hyosciamo luteo prima speties forma dispar haud quidem sit,
uiribus tamen plusquam ex diametro pugnant: quod si soporem
inducunt, non est ob frigus humoremue quorum citra dubi
sunt fere expertes, sed calore excitatis nempe levatisq in ca
put uaporibus, qui somnum inducunt: Jam facultates quotidia
cognitas experimento accipe: folia siccari permissa, atq

in fistularem convoluta formam, inclusaq arundinis cavis inter nodijs, aut papyraceo canali; altera parte incensa, altera vero ori naribusq admota, atq excepto fumo obturatis ore, et naribus, ut ad pectus usq vapor inspiratus penetrare possit, pituitae expultio nem mire evocant, asthmati veluti per miraculum auxiliantur, difficilemq anhelitum et inde ortam leniunt angustiam, neq predictis morbis inspiratus ille vapor quo diximus modo tantum remedio est, sed uterinis etiam affectibus impense confert, ac precipue suffoca tionibus, que ob eius ascensus solent accidere, admoto siquidem me dicamento in dicatum sibi locum dicto citius restituitur, syncopis fugatur, et angustia morsq magna ex parte in morbida mulieris corpus iam admissa, atq excepta amovetur; caput roboratur, som nus inducitur, sedatur dolor, ventriculus resumit vires, curatur gra vedo, laborumq omnium, casuumq sensus hebetatur, ac otium facultatis animalis (quod possis ebrietatem quandam vocare) ani mo prorsus illabitur, et inducitur, quin folia ipsa virentia mani bus oleo perunctis emollita, et veluti marcida concalefacta igne, et ori ventriculi, dorsoq eregione applicata, ita tamen ne epar attingatur, quod aliàs incenderent, atq inflammarent, coctio nem iuvant, et satietati egregie medentur; eadem tumorem lienis discutiunt, apposita dolores e frigore ortos sedant, vulnera cancro sa, antiquataq extergunt, carnem eveant, et cicatrice obducunt, si succum foliorum mediocriter contusorum in stillaveris vulneri, ac mox arentium pulverem inspergas, et demum folia ex quibus succum expresseris superponas: sanant eodem modo capiti infli tas plagas dum tamen neq nervi, neq ossa aut lesa aut convul sa sint, dolorem dentium concalefacta sedant convoluta, et loco do lenti aut dentibus pituita exeavatis perforatisve admota, quin et foliorum pulvis inspiratus, trachisq naribus verbera, et cuius vis generis supplicia sentiri non sinit; vires addit, auget animũ

et ad labores tollerandos infractam uim; Illi uero qui e' eo hu'
quantum capiat putamen nucis deuorauerint ita inebriantur,
ut semi mortui amentesq ex templo iaceant: uerumtamen qui eo
auxilio frequentius quàm deceat uti assuescunt, redduntur di'
colores, linguam gestant squalidam, et palpitans guttur, epatis
ardore afficiuntur, in cachexim et hydropem lapsi mortem tan
dem obeunt: At qui eo presidio utuntur moderatius a multis alijs
liberari solent incomodis, nam preterquam quod morbo gallico egri'
gie auxiliatur uenenatis sagittarum ictibus mire obsistit, si
mox plaga infarciatur puluere, et ita permittatur manere do
nec puluis, et uenenum in claui cuiusdam formam copulentur,
et coeant: Hoc remedij genus desumptum est ab indis antropo
phagis insularum haitinae propinquarum accolis, qui cum ab
hostibus uenenatis oppeterentur plagis, hac herba sola sibi cauen
tes reddebantur passim incolumes; confirmatumq est testimonio
insulam diui Ioannis incolentium, qui cum aduersus Indos illos
bellum gererent multi eiusmodi confoderentur uulneribus,
solo hoc remedio extremum fatum effugerunt quoties uiscera
transfigi non contingebat, quin articulares dolores sedari,
tumoresq et flatum eo solo auxilio discuti, et inueteratos
rebellesue dissipari dolores, pulicum etiam uitatur fastidium
si iure decocti foliorum uniuersa domus conspergatur: Para
tur ex eius folijs arefactis, atq contritis decem partium men
sura, et una calcis medicamentum, adeò ab Indis omnibus expe'
titum, et uenale, ut illo ferueant emporia; uenditur inuolu
tum folijs maizij spicae, gestatumq inter buccas, et maxillas
suauem somnum, sensuumue, et mentis tranquillam quietem
inducit; et laborum omnium hebetat sensum, redditq homi
nes ad quaeuis corporis exercitia promptos, atq agiles et precipu

ad iter agendum, dolorem etiam dentium et uentriculi leuat:
prestatq alia que licet anobis nominatim dicta non sunt, possunt
ex predictis facile comprehendi; interque illud uulgare non est
oleum cui sit infrixum concisum in tenuia frusta infusum coli
ut mederi: nec non succum eius et nucleorum Ulitzapotl uino
permixtum, atq infusum; folia lichnij modo obdita ano quartanam
arcere, ac reliquarum febrium frigora. Nec desunt qui eius folia
singulis diebus mane ieiuno mandi iubent, ut podagra liberentur, quo
niam multam pituitam in os attrahat, et saliuationi trudatur, et ita in
artus confluere prohibeatur. tum etiam folia strumis utiliter illini:
sunt etiam qui conficiant syropum ex succo foliorum, aut ex decoctione stilla
et sacharo, asserantq utiliter propinari ad pellendos ventris lumbricos,
umbilico tamen folio imposito nec non aduersus asthmata et ortop
neam duorum coclleariorum mensura: sunt etiam et alij qui prebent
succum quatuor, aut quinq unciarum pondere epotandum, asserentq
aluum uehementer supra infraq purgari, quod minime tutum uide
tur, et fortassis rusticis et robustioribus solum permittendum; scribit me
dernus quidam accepisse abamico aqua ex folijs per uitrea destil
lata organa rusticos multos afebribus liberasse hac paulo tempore ante
accessiones propinata, deinde oleum ex relictis fecibus in sacculo
suspensis collegisse; quod ad scabiem, uulnerumq curationem sin
gulare fuit, ac eximium: aridarum uero fecum puluere interri
gines non modo hominum sed et equorum cito curari:

De Tlalcocoltzin seu parua herba et contorta cap: XXXXX

Inueni Tithymali genus apud Tetzcoquenses, quod ad heliosco
pium referri posset, at quia nō omnino effigies respondebat, depin
gendam, ac describendam curauimus, ~~[illegible]~~
Tlalcocoltzin ab alijs cuculetzin dicta paruo herba est, folia ferens
portulace, tenuiora, longiora, et acuminata, uiridi colore diffusa, per
caules alternatim disposita, interque obseruantur aliqua maiuscula

anagallidis folia emulentia, trina quaternaue, ea parte qua ramuli or tum ducunt nascentia, sub lutea, extrema uero parte purpurascentia, cau les quatuor aut quinque prope radicem rubentes, lactis copiosi plenos: ra dicem longam, extrema sui parte contortam ac fibratam, cornu' drugo nigricanti contectam: Nascitur ubiq praecipue in locis calidis: ha bentur ab Indis radices et folia in magno precio ad uacuandos omnes humores dragma unius pondere, et morbum quem uocant gallicum curandum, adeo ut in arcanis recondant, nec cuiquam uelint fa cile reuelare.

De Tlanoquiloni huaxacensi cap: Liii

Herba est Tlanoquiloni folia proferens inferne hirsuta, et alba pilosella uulgari similia, et breuiora, cauliculos hirsutos, et et candentes, et in postremis caulibus capitula plantaginis, holos tijue capitulis paria: Nascitur in collibus, et campestribus achnen tibus ad temperiem agri Huaxacensis: Aiunt atram bilem uacua re radicem duarum dragmarum mensura ex aqua deuoratam, et splenis obstructiones reserare: mederi ictero atq effusae per uniuersum corpus bili, initio dulcis apparet, ac paulo post guttur uidetur exurere:

De Hextalpa cap Liiii

Nextalpe ab alijs Tlanoquizpatli uocata herba est folia fe rens oliuae, minora tamen, caules teretes, et lignosos; et fructu ciceribus similem; radicem uero surculosam: Dragma unius ponderi sumpta radix omnes humores purgare dicitur, exper tum nempe medicamentum, et per quam salubre: Aeris est odoraq quarto ordine calida et guttur urens:

De Cempoalxochitl herba Cap. Liiiii

Cempoalxochitl herba est folia proferens cicorei, spinis ra, serrata, asperaq, sed circa exortum compressa, ac ue lut praecincta; caules dodrantales, luteosq, et in pappi abeuntes flores unde nomen; radicem raphano similem

forma atq; magnitudine, De coctis radicis infusum ius quod amarum est aluum soluit, urinam elicit, et ueneris dolorem leuat: calida enim est, et acris, subtilium partium, et exiccans tertio ordine natura, atq; ita tussi quoq; diuturnata confert, ciet sternutamentum, et pituitam naribus trahit instillata:

De Macatozquitl seu sono Cerui cap: LVII

Herba est Macatozquitl folia proferens lactucæ, serrata, in caulibus cauis, rotundis, cubitalibusq; et in eorum extremis partibus luteos ac modicos flores, qui in pappos abeunt, ac semen tenue, et fuluum, sysimbrium alterum sapit, odoremq; in eundem fundit; radicem uero rapham ex albo tamen purpurascentem, quarto fere ordine calefacit, et exiccat, subtilibusq; constat partibus: Neruos contractos applicata laxat, atq; emollit, urinam euocat, flatum discutit, et ab eo ortos dolores, euocat menses, uentriculumq; ob frigus imbecillem confirmat, ulceribusq; pudendorum medetur

De Miahoapatli seu medicina spicæ Maizij cap LVIII

Miahoapatli Herba est Alsinæ haud absimilis, arborum truncis innascens, ab eisq; sumens alimentum tenuibus breuibusq; ramulis, rutaceisq; folijs, aut paulo minoribus, et candidis flosculis; Acris est et odorata gustu, et calidæ temperiei; flatus discutit, et dolores a causa frigida ortos tollit sigilli unius mensura; trita atq; ex uino deuorata enixas instaurat, et corroborat, haud aliter ac herba uocata ciopatli, appetentiam excitat, et satietati medetur; quin et illiniri corpori solet, et emplastris admouendis capiti adhiberi: sunt qui addant ahoyacpatli, Tancapaz, Tetzontiquani, yctoallo yahatl et ychchipinica:

De Turbith cap LVIII

Etsi Turbith planta indiarum orientalium incola sit, ob frequentem tamen eius usum, et diversas ambiguasque authorum sententias, inter has nouae hispaniae plantas conuisit tractare uisum fuit, Turbith ergo plantae nomenclatio Arabica Semimainaui est, eademque persis, ac turcis recepta, in guzarata uero ubi frequens est Barcaman in Canara cuius ciuitas est goa Tiguar nuncupatur: Magna est inter authores de hac planta controversia, Siquidem Siquidem Serapion radicem esse tripolij Dioscoridis asserit ut ea eius descriptione patet, a quo fortasse non dissentit Auicenna: Mesues uero esse radicem herbae ferulaceae lacte turgentis scriptum reliquit, hanc plantam peritiores quidam esse Tapsiam Dioscoridis affirmant, inter quos non desunt qui dicant plantam a Mesue descriptam esse Alypum Dioscoridis: Inter recentiores grecos Actuarius ponit Duplex Turbit, Album nempe quod idem author esse Alypum Dioscoridis asserit, Alterum uero Pityusae radicem esse statuit, Nec desunt qui dicant esse radicem Tithymali myrsinitis minus tamen recte: Turbith uero quo hac tempestate in officinis utitur, recentiores quidam duplex esse aiunt, unum quod ex Alexandria affertur esseque radicem Scamonij Antiochemi, quod adhuc differentiam alterum est album, et melioris notae, Alterum nigrum et deterioris notae: secundum uero officinarum Cinerithium a colore nuncupatur, estque Cortex radicis Tapsiae uulgaris, quae hispania frequens est, eiusque radice pluraque officinae pro turpeto legitimo utuntur, et Apuli ex gargano monte per uniuersam fere italiam afferunt: Turbith uero predictorum indiarum orientalium alumnum locorum longe aliud est apre narratis: Herba namque est folia

ferens Ibisci caules uolubiles, per terram repentes, digito paulo crassiores, duas dodrantes longos, quandoq uero ualde prolixiores, floresq interdum candidos interdum uero ex albo rubescentes, radicem neq magnam, neq longam, utilis autem est in medicina caulis pars inferior dumtaxat radici proxima est: nec desunt qui dicant corticem illum quem officinæ ostendunt esse huius plantæ caudicis inferioris corticem exteriorem medio exempto, plurimumq trahi ex guzarate in persiam, Arabiam, Asiam, et lusitaniam, quod an uerum sit non satis constat: Nascitur in Cambaya, Surrate, Dio insula, Bazaim locisq uicinis, et in guzarate, adeoq in ipsa urbe goa licet innobilior, in maritimis locis, sed quinq ampliusue miliaribus amare distantibus. De electione uiribus ac usu prenarratos authores aliosq recentiores consulas:

Dic... debet ... capu... ... eniseu ... periturscripti...

Libri secundi sectio secunda De Herbis Amarum saporem referentibus

De Ayotecthi seu planta cucurbitæ simili cap. 1. +

Quam plantam Ayotecthi quidam uocant, Alij chichicayotli idest amaram cucurbitam nuncupare solent. est enim colocyntidis, cucurbitæue siluestris species, nostro orbi incognita, herba itaq hec radicem fundit orbicularem, septem alijs minoribus, pluribusue, rotundis quoq hinc inde dependentibus. colore intrinsecus ex pallido purpurascente, extra uero fusco, ramos uolubiles. eosdemq cum floribus, ac folijs cucurbitæ hortensis similes. et si minori magnitudine; uehementem radix pillulaq appendentes preferunt amaritudinem. nascitur in montium Mexicanorum, tetzcocanorum, et quauhtepecensium

temperatis locis, Radix qui quartum siccitatis atq caloris attingit gradum, dragma unius ponderis urinam euocat et omnes humores purgat per superiora, atq inferiora, sed precipue crassos, ac pituitosos si ex aqua devoretur, aut paulo maiori pondere infundatur; securimq reputatur medicamentum; non est pomum Indis in usu medico, cum tamen nostra Colocyntidis fructui magnitudine, forma, atq facultate respondeat: sed hac aliquanto mitiori

De Izocuilpatli altera Cap: 11 +

Herba est Izocuilpatli altera folia fundens ocimi similia, sed longe maiora, profundius serrata, hispida, altera parte candiscentia, et ei huapatli non dissimilia; caules teretes, hirsutos, subalbidosq: luteosq superiori parte, orbiculares et pilosos flores, ac radicem fibratam, Nascitur in montibus regionum calidarum, qualis est Panucensis is Radix est odora, resinosa, amaraq, et calida prope ordinem quartum temperie: Ius decocti eius ad tertias semel dumtaxat bibitum dicitur restituere motum impeditum; insufflatum uero naribus hemicraniae mederi, detracta per nares pituita:

De Acocotli quauhnahuacensi et Tepoztlanensi Cap 11

Acocotli a Tepoztlanensibus chichipatli uocata herba est folia habens rara, oblonga, Acocotli similia, quina, et nonnulla sinuosa, caulem dodrantalem, tenuem, ac teretem, et in extremo eius stellatos flores, et pallide rubescentes, radices binas, glandibus pares, in totidem fibras desinentes, fuscas desuper, intrinsecus uero candentes, ad speties ligustici uidetur spectare; Nascitur in montibus quauhnahuacensibus unde cognomen: Radix calefacit, exiccatq, ordine tertio, et gustu odorata, amara, et acris, flatum discutit, radix una a unius ponderis devorata alui dolorem sedat, urinam euocat, sudorem ciet, frigus pellit, uentriculum ob frigus imbecillem confirmat; colicae aduersatur; obstructa reserat, et tumores dissipat admota:

De Axixcoçahuitzpatli yanguitlanensi Cap. iiii +

Herba est Axixcoçahuitzpatli folia proferens exilia leguminis, caulem tenuem, teretem, nodisque distinctum; flores luteos, paruos, et siliquas paruas cicerum similes; radicem uero surculosam: Amara est, calefacitque atque exiccat ordine tertio, et si postremo dulcedinem quandam similem glycirrhizæ uideatur ostendere, Jus decocti eius pectoris asperitatem medetur; uentris dolorem a frigore ortum sedare, euocare urinam, et emundare illius meatus unde nomen

De Ayotic seu proxahac herba simili testudini Cap. v. +

Ayotic quam Alij proxahac seu turgidum, ac molle medicamentum, Alij uero ololtic, seu rotundum, et orbiculare uocant; Herba est folia ferens tenuia, longiuscula, et gramini chichimecapatli similia, in cuius speciem potest referri: caulem sesquidodrantem, longum, tenuem, iunceum, et per interualla geniculatum: flores exiles, et candentes, ex quibus terna generantur granula, candentia, et in triangularem coherentia formam, uiridi membrana obtecta, radicem nuci iuglandi forma, et magnitudine similem, candentem, solidam, et lacte manantem: Nascitur in temperatis, aut ferventibus locis, uelut quauhchinanci, et Jepoztlani, cum tamen Chichimecatl nascatur locis frigidis, atque campestribus uehementioribus polleat uiribus, floret cum reliquis plantis; Amara herba est, et subdulcis tertio ordine calefaciens, atque exiccans, radix tusa duarum dragmarum mensura ex aqua deuorata: aut infusa paulo maiori pondere humores omnes perquam comode euacuat per inferna, siue arida siue uirens recipiatur, et si leui occasione ciet uomitum:

De Çaçanaca cap: vi +

Çaçanaca herba est quam alij coapatli uocant, ita dicta a lanugine innata radicibus, quæ fouendo igni aptissima sunt, et fibris augentur fuluis, luteum tamen si dentibus conterantur ostendentibus colorem: caules profert multos, rotundos, et prolixos, et in eis folia oblonga, serrata, ac ueluti spinosa per ambitum, licet cum primum a caulibus oriuntur

praecincta sint, et quibusdam aliis utrinque exeuntis nouam quandam folio rum representent figuram, flores in summo capillaceos, intrinsecus ru bescentes, extrinsecus uero candicentes ex pallido, qui tandem abe in pappos: Radix est acris et amara calidaque et sicca ordine tertio flatum discutit, et ab eo ortos dolores, frigoreue; nacuatis intestinis infusa, aut trium obolorum pondere epota tollit: lumbricos pellit, ac medetur difluxioni aluj: Idem prestat eiusdem puluis ex aqua, ui noue deuorans duarum dragmarum pondere; preterque satietati medi tur, aluum enim leniter soluit urinam euocat, finit febres, ac uen tris placat tormina, uocant hanc herbam Michuacanenses Xara rum, aiuntque succum radicis mederi doloribus e lue gallica pro fectis, semen retentum elicere, enixarum renes roborare; impe ditum motum restituere, instaurare eos qui obstructionis aut cruditatis gratia sensim contabescunt, euocare menses: et lanu ginem radici innascentem mederi ulceribus, et ignis aptissimam esse escam, sunt et alia due çaçanaca species quarum alteram xiuhtotina uocant sed de his suis locis; Nascitur frigidis humidis aut temperatis plagis, qualis est Tezcocum iuxta montes:

De Çenanam Tezcoquensi seu Matre spica Maizij Cap. V

Çenanam Tezcoquensis quam alij Çenancli. Alij uero centlinan uocant, herba est folia proferens ampla, et obtusa, oblongaque et uerbasco colore, lanugine, et amplitudine similia, flores uero canden tes, et in muscarij modum compositos, radicem crassam, et longam et fructum siliquastro similem, semine plenum, unde nomen temperatis, aut frigidis prouenit locis, calida et sicca constat natura ordine tertio, amara est, uermes ulcerum necat, et quadrupedum confer inueteratis plagis, dolores dentium sedat, tumores preter naturam apposita discutit, feces induratas infusa educit, medetur colicis

Yoloxochitl ophyati;

De Cimpatli hemionitica cap: VIII +

Herba est quoniam mulierum medetur morbis, et hemionitidi foliorum figura est similis Cimpatlis hemionitica uocatur, ab hispaniensibus uero mulieribus herba uterina dicitur: Multos asperata radice mittit caules, tenues, rectos, teretes, et hirsutos, folia per internalla ab utraque parte caulis, pinguia, hirsuta, oblonga, mollia, et hemionitidi quodamtenus similia, unde cognomen: floresque albos, in umbellam compositos, omni regione et tempore prouenit: calida est et sicca gradu tertio: ideoque ius decocti eius, aut succus exiberi solet parturientibus duarum triumue unciarum mensura, ut facilius enitantur euentu felicissimo, qui sue eius pectori quoque magnifice confert: Trita folia ac pugilli mensura ex aqua, aut liquore aliquo conueniente deuorata placant ueneris tumorem, hydropem curant, urinam ac menses euocant; seritur radice, ac semine, habeturque in delitijs non in hortis modo, ac uiridarijs, sed in uasis quoque fictilibus sata, quibus domorum tabulata, atque fenestras matres familias illustrare consueuerunt, et hortos pensiles ornare:

De Cimpatli maiori cap: IX +

Cimpatli seu feminarum medicina, uocata maior, quoniam aliam ea minorem uincit magnitudine, Cimpatli uero quoniam uterinis medetur affectibus: radicibus innititur similibus capillis, e quibus edit caules tres spithamas longos; flores rubeos, paruos in summis ramis spicatim compositos; folia pene ocimi, sed magis orbiculata, et crenata, sapore amaro, et facultate tertio ordine calida et sicca: confert mirum in modum utero, euocandis menstruis, ac muliebribus morbis cohercendis, unde sumpsit nomen; Nascitur in calidis, ac montium faucibus

De Coatzquiltic seu olere colubri cap: X +

Coatzquiltic quam alij Izatzayanatquiltic, seu herbam lauери similem uocant. Herba est folia ferens longa, crenataque, aut sinuosa,

et sisymbrio alteri (unde nomen) quadantenus similia; caules cavos, pur
purascentes ex albo, ac feniculorum semen in muscarijs; radicem vero
magnam, et surculosam, candentem, et crasso cortice vestitam, quæ
succo madet, amara est nec sine quadam acrimonia, calida tertio
ordine et sicca natura: Nascitur in montibus culhuacensibus benigno
ac clementi cælo, calida ut dictum subtiliumque partium est; urinam
evocat, discutit flatum, ventriculum calefacit; alvum lenit, colicos
iuvat; ventris sedat dolores, uterinis succurrit affectibus, devora
turque adversus accessionum frigora ex aqua resoluta, exiberi etiam
solet pueris febri laborantibus, atque natura grandioribus, quibus sub
venit causa fortassis aut percocta, aut profligata: Ius decocti radicis
nutricum emundat lac cum forte vitiatur ob satietatem:

De coaçihuizpatli cap xi +

Herba est coaçihuizpatli caules ferens parvos, exiles, per ter
ram sparsos, tenuissimis refertos folijs per intervalla coacervatis,
ac candidis flosculis; Radix longa est, et tenuis, quæ amara est,
acrisque et gradu tertio calens, ac sicca: Nascitur clementi Huaxaca
et Tilanci cælo: Radix dolores ac præcipue dentium lenit, et nervo
rum contractiones solvit, duarum dragmarum pondere ex aqua de
vorata aliquot continuis diebus, singulis quibusque semel:

De Cocotzxochipatli seu medicina lutei floris Cap xii +

Cocotzxochipatli herba est folia ferens buglossi vulgaris, et flo
res buphthalmi luteos, unde nomen; Radices peoniæ similes, quæ
~~calidæ~~ Nascitur editis, planisque locis regionum temperatarum
quali est Acatlanum Mixticæ inferioris; Radix calida est
ordine tertio, glutinosaque: dyssenterijs medetur: unciæ unius
mensura devorata vomitum sistit. Sanguinemque undecumque
defluentem:

De Namyteputz Cap: xiii

Namyteputz seu quatuor dorsis herba, Multiplex est, Prima ab una radice crassa fibrosaq, multos edit caules, ter circiter cubitos longos, et minimo digito paulo crassiores, fuluosq, et foliaceis quibusdam appendicibus secundum eorum longitudinem e, partibus quaternis discurrentibus pennatos, unde euenit illi nomen, et in eis folia aspera, spiculorum mucronibus ni longe maiora essent similia, flores luteos, stellatos, et chrysantemo maiores: prouenit regionibus temperatis, qualis est Mexicana, non tamen odit calidiores, editaque aut campestria loca: Radicum fibrae calidae et siccae sunt ordine tertio, odoratae, acres, amarae, resinosae, et partium tenuium, hae semidragmae pondere contritae, atq, ex uino, uel liquore aliquo deuoratae satietati uacuant per inferna esculentis uitiatis medetur: et pustulis egallico morbo ortis inspersae si prius iure decocti ahuacatl, et Xalxocotl lauentur, reserantq, et abstergunt furunculos: quin eamdem radicem dragmae unius mensura deuoratam aiunt bilem uomitu uacuare, et interdum aluo soluto: ac ciere urinam, sunt quibus placeat maiori pondere deuorandam, nec non qui asserant euocare sudorem, perfrigeratis mederi, et uacuata causa puncta, febres etiam ipsas. et capitis dolorem tollere; ac oculorum inflammationes discutere; imbecillem uentriculum ob causam frigidam calefacere, firmareq: reserare uiscerum obstructiones, menses lente fluentes trahere: Cachexi subuenire, et frigidae cuiusuis uisceris intemperiei ferri opem. quin ius decocti emixis infunditur: foliaq, admota tumores preter naturam aut concoquunt, aut dissipant: Secunda species huius uidetur planta quidam flore magno e luteo purpurascente, sed nullo teri sapore, aut odore constanti: quae frigidam prefert ac humentem naturam, febrientibus confert, et oculis medetur inflammatis: quamobrem yzpatli aquibusdam uocatur, et si chiaukele ubi nascitur nonnumquam pitzahoac cacaxpatli frequentius uero cacaxtlacotl uocetur: quin et aliam Nahuyteputz uideli

differentiam apud ytzocanenses radicibus ellebori acribus, calidisq et
siccis ordine tertio, ac fluxibus dyssentericis cohercendis perutilis
quam quod folijs careret quando eam conspeximus non curauimus
depingendam: est et alia frigida temperiei ac calore iecoris nimio
placando mirabilis:

De ocopipin Cap: xiiii

Ocopipin quam alij coentli, alij copiton, alij ocopichin uocant semper
tam resinam stillans, Herba est proferens folia longa, angusta, si
nuosa, et crenata, caules tres spithamas longos, geniculatos, et pur
pureos: flores rotundos, et coccineos, radices asphodelo similes,
quaternas, quinasue, resinam olentes unde nomen: quarum suc
cus odorus, ac glutinosus est, amarus, et sapiens resinam; folia ra
phani folijs sapore, et odore similia: et eiusdem pene uiribus, cali
da atq exiccanti ordine tertio natura, reserante atq tenuium par
tium constat, puluis radicum resina additus frigus undecumq pel
lit; dolores mitigat: ac flatum persic, ac mixta tlalcocomaxochitl
discutit, pediculos necat, tenuat humores, ac pectori confert;

De peço Caput XV.

Herba est peço folia ferens serrata, alis circa exortum insignia,
mox sensim attenuata, ac dilatata rursus iterumq attenuata,
donec in mucronem finiant, demiq forma quadam peculiari in
signia, et qui nullis alijs queant comparari, nisi fortassis cuiquam
sonchos similia uideantur, qui pediculos habent dodrante longiores
radici crassa prolixaq ortum ducentes, flores uero rubentes pe
diculo breui radici innixo appensos: Nascitur temperatis locis re
gionis Michuacanensis: Radicis sapor initio subdulcis est, et im
pense resinosus, postea uero amarus, et cuiusdam acrimoniæ par
ticeps, ac ui calida et sicca ordine tertio: pectori est utilis, ra
dix, uentriculoq ex intemperie frigida imbecilli, atineq uen
triculi dolorem illitam sedari:

De Tecpatli cap: xvi

Tecpatli herba est quinque cubitos longa, folia habens aspera, sinuosa. et oblonga: caules tenues. teretes. rectos et sarmentosos, flores circa medium luteos, sed circum circa purpurascentes ex albo, calycibus contentos scariosis, radicem vero crassam, fibratamq, Radix pastinacam sapit, sed resinosa est, et amara, glutinosaq, unde nomen: calidaq et sicca ordine tertio temperiei, et iucundi odoris, succus radicis confert pectoris asperitatibus, tussiq, et dyssentericis miram prestat opem: ex eadem paratur viscum ad aviculas captandas valde oportunum:

De Tezonpotonic seu capillis foetidis cap xvii

Tezonpotonic quam alij Tlacochichic seu virgam amaram, Alij vero amarum florem vocant, duorum est generum, Primum herba est folia proferens serrata, et oblongiuscula salignaue, caules rectos, pennam anserinam crassos, ex viridi rubrescentes, flores in summis caulibus candidos, comantes, odoros, et quadantenus sambucinis similes, radices fibratas, fibris vi similes; Nascitur in humidis locis iuxta aquarum defluxiones, odora est radix, resinosaq, nec non calida, et sicca ordine tertio, ac nonnihil adstringens, et amaro sapore, sanietati medetur, menstrua euocat, et appetentiam excitat, sunt qui asserant pectori, exanthematisq, et pruritui ius decocti eius mederi: est et aliud genus Ytztactlacochichic vocatum apud mexocincenses tenuioribus folijs, et ad eadem utile:

De Tepetlaxihuitl seu herba montana cap xviii

Herba est Tepetlaxihuitl folia fundens amigdali longa, angusta, et serrata, caules tenues, teretesq; purpureos, sed paruos flores, iuxta ramusculorum extrema obrotundos, et vasculis virentibus contectos; radicem vero fibratam: Nascitur in calidis humidisq Tepoztlani

loci[s]

locis, odora est calida et sicca gradu circiter tertio; Alui dolorem
uentriculiq dicitur sedare; flatum discutere; ac infusa et deuo
rata mederi satietati mundato uentriculo:

De Tepetlachichixxihuitl seu herba amara
in montibus prouenienti: cap XIX.

Tepetlachichixxihuitl, quam alij chichicxihuitl uocant, herba
est folia proferens chamedrios, odora, et serrata, aspera et sub
albescentia inferne; caules eres spithamas longos, tenues, fuscos,
rotundos, ac leues; flores in summis caulibus e candido pallescen
tes, atq pilosos, in stellarum modum; unde oritur oblongus ac paruus
fructus, radicem uero fibratam, candentemq: Nascitur in calidis
collibus: Radix est odora, et tertio ordine calens atq sicca, et
subtilium partium, non sine amaritudine, unde nomen; herba est
magni momenti, et cuius decoctum ius satietati, et pectoris affectio
nibus plurimum inseruiat, semel singulis quibusq diebus ma
tutino propinatum, pituitam enim, atq bilem per superna in
fernaq expurgat:

De Teçonpatli cap XX

Herba Teçonpatli radix innititur pyri forma, atq magnitu
dine aut paulo ampliore, duritie et colore in rubeum uergente,
Teçontli lapidem imitanti, a quo sumpsit nomen: solet autem
hec pendere ab alia tenui, longaq et simili funiculo. Duplex hu
ius plantae species Prima ab hac radice narrata fundit caules ter
nos, quaternosue, leues, rotundos, geniculis interceptos, anserina
penna paulo crassiores, ac refertos per interualla folijs, longis, pin
guibusq, et circinatis, interdum uero uarijs ornatos modis, multijs
distinctis interuenijs, ac dorso purpureo: Fructus est similis siti
quastro indico, semine refertus plano, orbiculari, paruo ac pedi
culis appendenti: Nascitur montosis Acolmani locis, radix est
amara, grauis odoris, calidaq et sicca ordine tertio natura:

que obstructiones dicitur aperire, et putrida ulcera curare: confert colicæ, tussi, sanetati, expurgandis intestinis, ac flatui discutien do, si ex vino trium drachmarum mensura duarumue fuerit dinota; folia lacte manante quod impositum discutit furunculos; Altera species similis est radice, et caulibus, sed folijs mollioribus, latioribusq, et minus numeroso discursu neruorum, inferne hirsutis, ac lenibus superne, lac etiam stillans, amaroq sapore, et similitem perie:

De Tlacopatli Malinalcensi cap: xxi

Tlacopatlis Malinalcensis herba est folia ferens cordis, seucorum figura, parua tamen, caules tenues, geniculatos, contortos, et uolubiles; ac fructum oblongum, ponticarum nucum fere magnitudine: radicem uero fibratam,: Nascitur Malinalci, hoitzoci, Tlachmalacaci, et alijs temperiei similibus locis: calida est ordine tertio, amara, odora, corroborantis facultatis, et acris saporis: Radix surditati medetur; frigus et ex eo ortos dolores leuigata, ac resina permixta pellit; discutit preter naturam tumores; et clarificat uisum; secta in globulos atq circundata collo resistit defluxionibus; frigora, horroresq febrium interpollatarum arcet; punitiq (uacuatis discussisq humoribus) medetur: ossa perfracta, aut luxata resina permixta roborat, et instaurat: surditatem pene curat, et morbis opitulatur oculorum, flatus discutit, ac uniuersim morbis frigidis pene omnibus auxilio est:

De Tlalquequetzal Cap xxii

Tlalquequetzatl, seu penna terræ nomen sumpsit a folijs pennas auium imitantibus, quamq ab hispanis millefolium uocatur. quod stratioti millefolio antiquorum sit similis; Herba est a radicibus fibris similibus multos caulens edens teretes subrectos tenues et quatuor plus minusue dodrantes longos ramulos per interualla hinc inde prodeuntes referentes

folijs ut diximus pennis auium similibus, flores in summis
caulibus postremisq; ramis ex albo in luteum tendentes, paruos,
et in corymborum formam compositos; prouenit regionibus tam cali
dis, quam frigidis: totoq; anni decursu sponte emicat, circa irrigu
tamen fecunda atq; campestria loca; haberi solet in delitijs
precipue amatronis, quae usum maximum et impense salubrem
ab ea passim uterinorum affectuum oppressae molestijs suscipiun
seriturq; ab eisdem in uiridarijs, uasisq; fictilibus, nigra tamen
pinguiq; terra substrata: nam et crebra aquae inspersione, et
sollicita domesticorum cura letior, amplior q; fieri solet: ama
ra est gustu non sine quadam acrimonia, odora tenuium parti
um, et gradu tertio cum siccitate calefaciens, succus eius ep
tus urinam eicit, menses euocat, et uentriculum a frigida causa
debilem, seu extra admoueat, seu in puluerum redactam propi
nes bibendam corroborat, et firmat: flatus discutit, diarrheas
sistit, ulceribus pudendorum medetur, tumores preter na
turam soluit, obstructiones et potissimum uteri reserat, colorem
iam diu elanguescentem corrigit, et instaurat: tusa q; atq; em
plastri modo imposita scabiem curat capitibus puerorum inna
sci solitam, exiccante extergenteq; qua predita est; confert
suffitus eius strangulationi uteri aut in pessario obdita aut
c, liquori quopiam conueniente puluere eius deuorato partus
accelerat, secundas pellit, retinet fluxum alui, tussimq;
infantium, et prouectorum bibita curat: nec desunt qui asse
uerent succum eius quinq; unciarum mensura epotum purgar
per uomitum omnes humores: quae omnia adeo sunt a stra
tiote millefolio antiquorum aliena, frigida nempe natu
ra planta, ut quamuis sit illi forma persimilis, atq; ideo
ad illius species fortassis referenda ab eo tamen uiribus
longe abest:

De Iotoncaxoxocoyollin cap: xxii

Iotoncaxoxocoyollin quam nonnulli atchuapatli uocant, seu medicinam iuxta riuos prouenientem, Alij Tetxoxocoyollin; herba est unicum caulem proferens coccineum, cauum, rarisq. folijs rubrescentibus, ac uitigineis refertum, nec palmitibus quibusdam rubrescentibus dissimilem; flores rubeos, et orbiculares, c' pediculis longis dependentes, semen uero exile, et quod e luteo colore in coccineum uergat inclusum uasculis trigonis papilionum fere forma, in eamq. figuram compositis, ut si rubrescentis ac orbiculari membranae circulum alterum concolorem eiusdem materiei ita ut angulos rectos efficiant inserueris, radicem uero ~~pal~~ rotundam, candidam, ac totam fere capillis inuolutam; prouenit montanis saxosisq. locis regionum temperatarum qualis est Mexicana, et Tetzabquensis; Amarum saporem radix presefert, et nonnullum alorem, tertij fere ordinis calorem nacta, eadem tusa, et infusa c' liquore aliquo eidem rei perutili expurgat intestina, semen retentum pellit, inflammatis oculis confert, et urinam ehicit. deuorata uero sesquidramma mensura humores omnes per inferna detrahit:

De Tragorigano quauhnahuacensi cap: xxiii

Etsi plantam hanc multi ex indigenis hispanis pulegium uocant, attamen tragorigani formae et naturae propinquior uidetur, quare hac nomenclatura potius nuncupanda uidetur, est enim herba magna, sampsugi folia proferens, caules purpureos, flores oblongos, et ex albo rubescentes, calyculorum figura, fibratas uero radices; sapore origani pulegijq. Nascitur montosis locis ~~hu~~midisq. calentium regionum qualis est quauhnahuacensis: Ius decocti eius expertum est menseruia egregie euocare, chachecticis, et hydropicis mederi, obstructiones aperire, colorem uitiatum restituere, discutere flatum, euocare sudorem, impeditos motus explicare splenem minuere humoresq.

penitus infarctos educere, lentos uero crassosque extenuare, ac pellere, appetentiam intermortuam excitare, et uetustis rebellibus atque alioqui insanabilibus mederi morbis, quin tusa et ori gestata folia instar picyelt celeritatem addunt uiatoribus, ac sitim extinguunt, temperie uero pulegij, aut origani constare uidetur.

De Xararo Cap: XXIIII

Herba est Xararo folia ferens saligna, sed aspera, serrataque et inferna facie albescentia; caules teretes, ac fuluos, flores in summo pilosos, et rubrescentes, scariosis contectos calycibus: radices uero fibris similes, nigrasque: Temperatorum montium alumna, atque saxosis locis incola prouincia Michuacanensis: similis est Chichianton, et Malacaxochitl; Radix est amara, odoraque, atque calida, et sicca ordine tertio: sesquidragma ponderis deuoratam cum semiuntia Curitzea aiunt purgare frigidos humores leniter, ac secure, mederique persi la [illegible], et alia prestat auxilia qui fauli quiuis posset ex eius temperie conijcere

De Yolmimiquilitzpatli Cap XXV.

Yolmimiquilitzpatli herba est folia fundens angusta, et longiuscula: caules prolixos, ornatos floribus pallentibus; radices uero tenues. Nascitur apud huaxacenses; Radix est amara, acris et calens ordine tertio. Eadem trium dragmarum deuorata pondere syncopi dicitur mederi orta a crassis humoribus unde nomen, pituitam et bilim euacuari sibis quotidie deuoretur.

De Yzpatli seu oculorum medicina cap XXVI.

Herbula yzpatli folia profert tenuia, et longiuscula, cauliculos quatuor untias longos, florem modicum, ac purpurascentem, radicem uero obrotundam pontica nuci paulo maiorem, est enim apios Dioscoridis aut illi congener: frigidorum humentiumque ac campestrium Mishica superioris locorum Alumna est, et in Hua-

xacensi

huaxacensi quoq; agro incola, Radix lubrica est, gustu urens, subamaraq;, tertij ordinis caloris, medetur oculis, et carnem excrescentem in eis cohibet, et absumit, hidropem curat, syncopimq;. et bilim, ac pituitam per superna, atq; inferna duarum dragmarum pondere deuorata uacuat: atq; ita cordis opitulatur morbis, et dolorem capitis leuat; ac luem hispanicam abigit:

De yztacpatli lepuzcullulā cap XXVII

yztacpatli herba est folia ferens lini longiuscula et tenuia simi lia thymo stechadiue, caules dodrantales, tenues, et teretes, flores candentes, pilosos, et abeuntes in pappos; radicem uero longiusculam, et tenuem, lignosamq;: Nascitur in campestribus, et fridis locis lepuzcullulā mistica inferioris: Amara est calida, et sicca ordine tertio, tenuiumq; partium, folia tusa, et unius untiæ pondere deuorata medetur dyssentericis: Radix uero tosta et leuigata omne genus humoris urinæ meatus obstruentis amouet, et curat si semiuntiæ mensura deuoretur bis singulo quoq; die; siue sit sanguis, siue quoduis aliud excrementi pituitosi, aut arenosi genus:

De Cacachichit seu herba amara Cap XXVIII

Herba est çacachichit sesquidodrantalis, hirsuta, tota subalbida, et minimis folijs, cauliculis concretis flosculis obrotundis ex albo rubescentibus, pilosis, et qui abeant in pappos promiscuè referta, radiciq; innixa fibrata, Temperatorum ~~[illegible]~~, locorum Tepetlaoztoci, et Tezcoqui alumna; et planorum, ac acclinium incola: Amara est ualde unde nomen, calidaq; et sicca ordine tertio: olet opthalmum. succus qui exprimi potest ex sesquiuntia illius omnes humores seu bilim precipuè, ac pituitam superna parte purgat,

Siccurum dicitur esse pharmacum, et nullum angorem fere inferens non tamen temere quibusuis laborantibus febre propinandum, ~~sed uentriculo~~, sed uentriculo citra febrem uitiatis humoribus redundante: satietatem curat, appetentiam excitat, et his quibus acescunt in uentriculo alimonia magnopere confert; pruriginisque oculorum medetur, sedandae tussi, flatui discutiendo, et aluo infusum opem fert:

De cacauitzpatli seu medicina pabuli spinosi Cap. xxi.

Cacauitzpatli herba est caules breues ferens, et in stellae modum per terram sparsos, ac refertos folijs paruis, exilibus, et in sphaerulas agregatis toto caulium discursu, longiuscula et candentia iuxta herbae umbilicum filamenta, radicem uero paruam ac fibratam: Prouenit in frigidis yaualiuhcani arentibus collibus, seruanturque illius radices in usus annuos. Radices tusae deuorataeque ex uino mets, aut aqua trium dragmarum pondere bilim, et pituitam per superna atque inferna dicuntur euacuare: amaro sapore constat, urit gutturi, et ordine fere quarto exiccat, atque calefacit:

De Çayolpatli seu muscarum medicina cap. xxii.

Herba est cayolpatli folia proferens menthae circinata, terna, quinaue, caules fuluos, florem ferulae, aut acocotli, et in ambitu muscarij semina piperis nigri forma, et magnitudine; radicem uero crassam et longam, ad ligustici genus uidetur pertinere, Nascitur Hoitzoci, et Texaxahuaci calidis et montosis locis: Semen est gustu odoratum, et aliquantisper acre: radix initio dulcis, ac demum amaritudinis sensum praebens, et gutturi urens, succo manans. calidaque et sicca ordine tertio: Cortex radicis illius scabiem, aliasque cutis infectiones curat, et humores praeter naturam discutit, idem praestat

semen, minori tamen efficacia, tumentia membra sanat, et uentrem precipue si unTia una radicum ex uino deuoretur, ac ulceribus inueteratis remedio est:

De Apitzalpatli tzontololotli cap: XXXI

Apitzalpatli Tzontololotli seu medicamentum adstringens capillos habens rotundos. quam Malinalcenses apud quos nascitur, quoniam glutinosa est çaçaletzin uocant, herba est folia habens numerosa, serrata, obrotunda, unde nomen, et balloti similia, sed tamen maiora, aspera, hirsuta, atque cinerea, caules tenues, hirsutos, teretesque, flores pallentes, in extremis caulibus chrysantemo similes, mediocres, ac multos aceruatim congestos; radicem uero surculosam; prouenit in collibus regionum calidarum. Radix est gustu odora, aliquantisper acris. calidaque et sicca ordine fere tertio temperiei, glutinosa, nec omnino expers amaritudinis, ac sapore aliquantisper resinoso que in farinam redacta ac terebentina permixta genuum frigus pellit, ac sedat dolorem, et si imbecilla ob nimium laborem sunt corroborantur, atque confirmantur: Jus uero decocti firmat dentes, adstringitque gingiuas opitulatur dyssentericis, uteri ac renum laxitati, perfractis ac patientibus lassitudinem; Mexicani Reges, ac uiri primarij deuorare quondam consueuerant cortices leuigatos ex aqua semiuntia mensura aludo patrio bateo quod nos uocamus pila ut a morbis qui uehementes lassitudines sequi solent se tue rentur: esset alia planta apitzalpatli a quibusdam impropria appellata que potius aluum soluit quam adstringat, de qua sub nomine Cacamotic (ea enim est germana nuncupatio) inferius deo dante dicemus

De Nanahuapatli Cap: xxxii

Nanahuapatli seu morbi gallici medicina, quam alij palancapatli nuncupare solent quoniam ulceribus medetur, herba est folia fundens squalentia, prolixa, et illis pilosella' uulgaris similia, florem camameli in caulis qui tenuis, breuis, et teres est cacumine, ac semen aere: radicem uero longam, tenuem, et fibratam; Temperatorum locorum Alumna est, qualia sunt Tepoztlanica, Calida est ac sicca ordine secundo, et amari saporis gustuq odora, redacta in farinam, et inspersa ulceribus putridis medetur, unde est (ut dictum) palancapatli ab aliquibus uocata: Melancoliam passos curat, illosq ab hemorrhoo pannicenti quem uocant mahuaquitli; quin etiam tusa ex aqua resoluta, aut pugilli unius mensura deuorata, c, liquore quopiam congruenti quoties expediat, luem uocatam gallicam aut hispanicam funditus extirpat, et curat, exiccatis quoq uniuersis ulcusculis corporis, atq tuberculis, qua ex re' succlarius euadit quod multos adhuc antic distorsit, morbum scilicet hunc ab indis hisce occidentalibus fuisse profectum atq in alias propagatum ueteris orbis plagas, quoniam apud eam gentem patrium germanumq hic morbus, atq antiquum sortitum est nomen:

De Temecatl yauhtepecensi Cap. xxxiii

Herba est Temecatl yauhtepecensis folia ferens obrotunda, et undulata, mollia, et grauis odoris, fendiue, caules uolubiles, capreolis implexos, sarmentososq, ac fructum acinosum toto caulis procursu racematim dependentem, radicem uero magnam; calida constat natura ordine fere tertio et amaro sapore; cuius gratia quidam chichiepatli seu amaram medicinam uocant: folia tusa impositaq ulceribus

satietati, uentris dolori, et ciuiuis alio ex gallica lue orto me
dentur, urinam demorata euocant et flatum discutiunt.

De xiuhtotongui seu herba
calida Iotopocensi Cap. XXXIIII

Xiuhtotongui herba est folia habens serrata, aspera, et li
monis fere forma, sed maiora interne subalbida, et hispi
da, caules teretes, ac flores purpureos, radicem uero tur
culosam elleboro similem, lanugineq. aut esca obductam,
cacanacae similis tota planta est, adeoq. ut eius species ui
deatur esse, nam uiribus est similis, at tantum differt for
ma foliorum, quae et si aspera sunt, oblongaq. et serrata, ta
men circa exortum non prorsus cum illis cacanacae uidean
tur conuenire, exultat in planis calidisq. locis. Radix est
amara, calida et sicca ordine circiter tertio, et subtilium
partium: Ius decocti eius lumbricis propinatur interimen
dis, et propellendis a corpore, flatum discutit, menstrua pellit,
urinam euocat, hydropem curat. humores crassos, et lentos
attenuat, sudorem elicit, et dolores e gallica etiam lue ortos
sedat, stomacum firmat, ac pectori est ualde salubris

De Tlallayotli seu humili cucurbita Cap. XXXV.

Herba Tlallayotli dicta folia profert cordis figura, mediocria,
et acuminata, caules uolubiles, geniculatos, et per terram re
pentes, ac cucurbitulas pollicaris crassitudinis, et longitu
dinis, maculis cinereis, et uiridibus interstinctas, edules, ac re
fertas lanuginoso semine, radicem longam, teretem, et fibra
tam, Nascitur in calidis Yapichtlae ubi folijs eius confricatis
palpebris usq. ad sanguinis extractionem mederi solent Indi

tumentibus oculis, Radix duarum dragmarum pondere ex
aqua di'uorata purgare dicitur per inferna crassos ac len
tos humores, admota uero maturare ac rumpere tumores pr
ter naturam atq; ulceribus mederi:

De Çayolpatli uaxacensi cap: xxxvi

Çayolpatlis seu herba muscarum planta paruula est, toto
exilis, repens per terram, candidis, et stellatis omni ex pa
te referta flosculis, foliolis, ac radicibus paruis, et tenui
bus, cauliculis uero geniculatis; Nascitur calidis et sabulo
sis uaxaca locis, nonnihil calens est, et amara: Jus di'coc
eius per superna, atq; inferna uacuat pituitam, ac bilim,
atq; ita appetentiam excitat, et uomitum cohercet, sumen
dum tamen matutino quatuor aut pluribus si opus continuis
diebus:

De Chilpan Cap xxxvii

Herba est Chilpan folia, tum e radicibus fibris simi
libus fuluis, multisq;, tum ex caulibus duos longis cubitos, et
interdum prolixioribus mittens, longa, saligna, pinguia, et
angusta, atq; in coccineum quibusdam in partibus colorem uer
gentia, flores uero in summis caulibus coccineos, et calycu
lorum ~~forma~~ specie, qui signa quadantenus imitentur
unde ei Mexicani indidere nomen: septembri mense pro
fert, Temperatorum locorum Alumna qualis est ager Tetz
cocanus Mexicensisq;, ac in campestribus montosisue locis
incola: Radices dragma' unius pondere di'uorata e li
quore quopiam bilem per superna et interdum per infer
na quoq; uacuare solent; Alij tradunt easdem redactas

in Leuorem sanguinem e naribus fluentem ~~[illegible]~~ sistere
deuoratas aut infusas e liquore aliquo conueniente adstrin
gentium, amara est et calida natura, gutturq dum deuoratur
paulisper adurit.

De chipequa seu herba firma Cap. xxxviii

Parvula herba est chipequa multos proferens caules, tenues
et aliquantisper purpureos, ex radice fibrata, et in eis folia
lini, longa, et tenuia, ac flores luteos per singulos foliorum
exortus, prouenit Iacambari prouintia michuacanensis
temperatis, aut paulo gelidioribus locis, ubi in maximo ab
indigenis habetur pretio, hec amaro sapore constat, calefaci
enti, et exiccanti vi: quo fit ut tusa, resoluta ex aqua,
atq epota sudorem euocet, dolores articulorum mitiget, et
quos uis alios e frigore ortos, et motum uitiatum restituat

De Coztomatl cap xxxix

Coztomatl seu pallens solanum herba est folia fundens
solani, cuius est species caules fuluos, luteumq florem, unde
nomen: fructumq contentum in uesicis, radicem uero cras
sam, longam, candentem, e surculosis auctam; Nascitur re
gionibus temperatis, qualis est Mexicensis calidis et humen
tibus locis; Radix amara et calentis naturæ medetur sa
tietati, flatum discutit, urinam cicet, ac dolorem uen
tris admista siliquastro tollit, siue eadem diuore ~~[illegible]~~
duorum obolorum pondere, siue ius decocti eius calens

Nota quod post hoc caput de Coztomatl debet scribi caput de çoyo[...] scriptum errore libro 3 sectione prima cap. xvi. fol. 133.

bibatur fluxus a calida causa ortos coercet, mamis appli[...] cata lac exiccat, posteraq. die ab assumpta tlaleuitlaxcolli (de qua suo loco exacte) extersionis et corroborationis causa propinatur:

De Currungariqua Cap: XXXXII

Herba est Currungariqua innitens radici tenui, et longo fi[...] brataq. unde profert caules tenues, teretesq. et sesquidodra[...] tales, refertos folijs pentaphilli, longiusculis, et angustis, et circa partes superiores flosculis cyaneis, ubi generantur vascu[...] la orbicularia, referta semine; provenit temperatis humectis[...] Vicapa provincia Michuacanensis locis; Radix est amaro[...] calidaq. et sicca temperie; Tussi, et Asthmati medetur, cete[...] risq. pectoris morbis, ortis a frigore, aut acrasiis lentisq. hu[...] moribus, pulvis florum cum sacharo, et melle inspissatus [...] binum coclearium mensura quotidie lambatur tempore matutino visum venit: unde nomen

De Nanacace Cap: XXXXIII

Nanacace seu planta angulosa herba est folia vitis fere viniferae ferens, sed aliquantulum oblonga, et in purpureum colorem vergentia, caulem unicum purpureumq. flores iuxta acumen luteos, squarrosis oblongisq. contectos calyci bus, radicem vero crassam, et brevem, in porticarum mucum quandam similitudinem velut divisam, fibratam, obrutamq. lanugine; provenit montosis locis, ac temperatis qualis est Xochimilcensis: Radix est amara et gustu paulisper mordens, quo fit ut calidam ac siccam esse coniectem: cu[...] ret, aliunde vacuata causa febres aut rigoribus pulsis aiunt etiam indi medici crudam sudorem evocare alvumq. ciere, coctam vero mederi dysarrheis, atq. dyssentericis:

De Ieixmincapatli seu chilmoculi medicina cap. xxxxiiii

Ieixmincapatli herba folia profert longa et angusta caules purpureos, semen geminum luteum rotundum et paruum, radicem surculosam et paruam candentemq; nascitur in calidis et summis montium iugis: amara nonnihil herba est calida et ad stringenti natura, ulceribus oculorum medetur unde nomen, pudendorumq; muliebrium, et uirilium, si puluis foliorum aut radicis inspergatur locis prius ulceribus, atq; emundatis aqua:

De Ilaltzilocayotli, seu Tzilacayotli humili cap. xxxx

Herba est Ilaltzilocayotli folijs ornata obrotundis et altero latere magna ex parte excisis, ramisq; longis et tenuibus per terram sparsis, flore ut ferunt candenti, et fructu haud dissimili mirena siliquastro, unde nomen, radicibusq; longis, et candentibus, pollicem circiter crassis: Nascitur in saxosis collibus arenibusq; frigentis regionis hucxocincensis. Radix amaro sapore constat, et calida temperie que trium dragmarum pondere deuorata dolores, e gallica lue profectos sedat quamuis sena uideantur inferre symptomata, uerum mos est indis altera die ab assumpto pharmaco egros in balneum uaporis ducere quod ipsi uocant Temexcalli, intraq; illud aqua calenti abluere quoq;

De Ilatlacizpatli cap. XXXXIIII

Ilatlacizpatli herba est folia origani ferens minutim serrata, cauliculos tenues breuesq; flosculos candidos, exileq semen, radices uero capillis similes, Nascitur apud Itoctzotzincenses; Amara est et nonnihil lubrica, atq; ideo tussi dicitur mederi et defluxioni illi que est a capite si ex aqua dragmae unius pondere epotetur, maximoq; predictis morbis remedio esse.

De Ioma Cap. xxxxvii.

Genus est urticae Ioma herba in arboris magnitudinem ad[olescens], folijs sinuosis, et magnis, spinosisq., et hirsutis, stip[i]tibus lenibus, ac candidis, luteisq. floribus; Nascitur in frig[i]dis, calidisq. provinciae Michuacanensis locis: Sapor est am[ar]us non sine quadam acrimonia, calefaciens et exiccans u[...] ius dicocti eius in spissitudinem coactum dicitur ulcus[culis] pla[...] gis mederi, ac dolorem capitis tollere:

De yztaccihuatl cap. xxxxviii.

Yztaccihuatl seu femina candida herbula est folia proferens sonci, inferne subalbida, et superne viridia, caules tenues, tres quatuorve, quorum summa parte emicant flores illis uocatis bellis simillimi, in pappos demum abeun[tes] pilosos, et colo[...] eosdem, radix fibrata est, atq. candens: Copitlani nasci gaudet in planis; Ius dicocti exhibetur emixis, flatus dissipat, menstrua evocat, convu[l]sioni medetur, tormina tollit, frigoriq. adversatur, cali[da] enim est amaraq.:

De yztauhyatl seu sale amaro cap. xxxxviiii.

Yztauhyatl seu sal amarum herba est, forma et viribus similis absinthio, ideoq. in hac nova hispania passim pro eo supposit[a], duorum generum ostenditur, latifolia, et tenuifolia, Nascitur temperatis calidisq. locis, posseq. uel facili negocio in hispanias apportato eius semine, ut conicio trans ferri: utraq. a frigore ortos dolores, flatusue tollit, con fert pectori, colicis, iliacisq. medetur, additio precipue quam hyetl, aut picyetl, membra interna roborat, lac enormen tibus infantulis, aut patientibus societatem opitulatur, si

ori instilletur: obstructa aperit, cum ecapatli seu lauro indica medetur resolutis: iureq decocti eius debilia, tumidaue per q̃ comode lauantur crura.

De Tlaelpatli Acatlanensi cap xxxxviiii

Herba est Tlaelpatli Acatlanensis folia habens Alsines angusta, et longiuscula, caules spithameos, teretes, ac tenues, semen uero in spicatis folijs, radicemq tenuem, ac prolixam; Nascitur quo in cælo Acatlanensi iuxta colles; Radix trita, et deuorata semiuncia pondere medetur dyssentericis unde nomen; est enim ual de adstringens, cum quadam amaritudini, et calore.

De Tlanoquiloni patli yancui tlanensi cap. ~~xxxxix~~ L

Tlanoquilonipatli herba folia fert lini longa, et angusta, subalbidaq, et hirsuta, caules teretes, ac subalbicantes, flores uero luteos, spicatosq, et exiles, radicem uero longam, Nascitur in collibus frigidis Mistica superioris, Radix est aliquantulum amara, et lubrica non sine quadam acrimonia, eadem tusa sesquidrama pondere purgat omnes humores, est autem calida ordine tertio ac gustu urens.

De Chilpanxochitl seu flore signi instar pendenti Cap. Li

Chilpanxochitl ab alijs Micaxochitl seu mortuorum medicina nuncupata, herba est folia salicis ferens, angustiora tamen, et tenuiora,; caules cubitales, flores coccineos in postremis caulibus, ~~qui~~ qui rubri quoq sunt caliculorum forma aut signa ut diximus referentes, radicem vero paruam fibris candidis, et teretibus,

plenam, Radix est nonnihil amara, et tamen frigida esse na
tura experimento compertum est; febrem extinguere ex aqu
oportune epotam dragmarum trium, aut plurium si opus est pon
dere: inflamationes mammarum avertere, et epilepticis opi
tulari illita, unde secundum nomen:

De Eloquiltic cap. LIII

Eloquiltic quam alii Ilatlancuaye seu herbam geniculat
vocant, Alii xotlitltzi seu nigros pedes appellant, folia bli
profert, caules sarmentosos, et nodis per intervalla dimissos
partimq purpureos; florem, semenq rubeum, atq minutum in
conorum modum veluti et blito dependentia, radices vero tuv
culosas, et rubrescentes; Regionum temperatarum Alumna,
qualis est Xochimilcensis, et Tetzloquensis, in montibusq
incola; sapor est nonnihil Amarus, sed temperies cum hu
more frigida, lac vitiatum nimii caloris causa emen
dat, febrem extinguit et sudorem evocat, pota illitaue
punctis medetur, et opitulatur tussi: Jus decocti eius cu
bolus armenus fuerit permixtus confert punctis quae Mo
tlaltotongui, Mexicenses vocant, lenit alvum, et medetur saben

De Tepehoila capitzxochitl seu
hoila capitxochitl cap. LIIII

Volubilis genus est Tepehoila capitzxochitl, quod alii yztl
micapatlis nuncupant, saxis se convolvens, folia sunt he
dere, radix succo manat, Duo sunt eius genera eadem fa
cultate predita sed primum ut diximus, habet folia hederae ur
ticeve similia serrata, secundum vero scutorum potius undu
latorum forma; Nascitur utraq apud Mexicenses Agros; frigi
daq et humentis est temperiei, quamvis nonnullam amaritu
dinem participare videatur. partesq natura dissimiles: Utrum

ea indi aduersus calorem, et ad tumores preter naturam ~~[illegible]~~ repel lendos, nec non ad compescendum sanguinem qui e vulneribus fluit et curandos oculos inflammatione tentatos, precipue si misceatur Tolohatzin:

De Ahoaton seu quercu parua Cap. LIIII

Ahoaton seu quercus parua, quam alij Tlalcapolin seu capolin humilem uocant, herba est folia ferens origani serrata chamedri osue, aut ilicis minora tamen, unde nomen, quae inferna parte dilutiore virore nitent, supra vero saturatiore: stipites rubrescentes, e radice longa, et fibrata, fulua, ac mediocris crassitudinis, flores coccineos paruos et longiusculos; acinos primo virides, mox rubeos, et demum nigri coloris, nucleos fuluos continentes; radix sapore est adstringenti, et aliquantisper amaro non sine quadam dulcedine, odore nullo, frigidaque et exiccanti natura, quae si unciarum trium mensura coquatur e tribus libris aquae fontanae ad tertias et sic decocti potandum propinetur uteri post partus enixas corroborat, dyssenterias compescit, laxatas renum partes confirmat, et acoporum medicamentorum more labores sedat eorum, qui lassitudinem ex longo itinere, cursu, lucta, aut quauis alia simili occasione contraxerunt; temperatas amat regiones qualis est Tenuchtitlana, frigidaue et saxosa loca atque montosa

De Olcacatzan pahuatlanica Cap. LVI

Species est chinae Mexicensis olcacatzan, quae herba est folia ferens oblonga, acuminata, et lineis secundum longitudinem discurrentibus insignia, caules uolubiles et tenues, fructum acinosum ac racematim dependentem in summis caulibus qui cum maturuerit nigrescit, radicem contortam, geniculatam, fuluam, et arundinaceae similem, sed densam, ac grauem. Arbores excelsas scandit

atq complectitur: seritur interdum, excoliturq usus gratia i
viridarijs ac hortis, stillat gummi quo utuntur indigeni ad c
roborandum dentes; Idem ferentes atq mādentes ore, uocantm
tzicitli; Jus decocti radicis contusae infunditur aduersus in
teraneos morbos felici euentu; Idem ius epotant aduersus g
cam luem, ac cronicos alios, et diuturnos morbos: Differt ab or
tali china, cuius radix leuior est, rarior, albidior, tenera, a
minus adstringens, et tamen eosdem pene usus prestare' perict
tatum est, quos Illa, guaiacum, aut zarza parilla prestare
solent, eadem arte et uictus ratione administrata; quae deri' h
que amultis ante me scripta fuere, ac pro diuersis regionibus, m
bis, ac hominum temperamentis uariabilia nihil hic putaui adije
endum: est autem hec de qua loquimur radix frigida siccaq, et
adstringentis naturae, sed amara partiumq subtilium particep
quo fit ut Jus decocti eius preter iam dicta uentriculum di
bilem corroboret, flatum discutiat, absumatq: et uacuet per p
ros eam atrae bilis et pituitae portionem quae pharmacorum v
fugit vim dolores extirpet, ac leniat, aliaq prestat iuuamen
ta quae in predictas plantas solent referri, Nascitur pahua
tlanicis agris sponte unde cognomen:

De china Michuacanensi cap: LVII

Est quaedam chinae species quam aloco natali Michuacanensem u
cant. quae herba est arundinacea innitens radici rubrae sed de
sa ac graui, ~~caules ferens~~ equa caules insurgunt arundine
leues, ac ferulacei, longi, polliceq crassi, folijs ornati per inter
la magnis, cordis figura ac neruis secundum longitudinem discu
rrentibus quod euenit in ceteris quibus etiam uiribus et haec simi
est: Nascitur Michuacani: ubi phaco uocant

De Cozolmecatl seu curarum funi cap. lviij

Coçolmecatl quam alij Olcacatzan uocant ad chinæ Mexicanæ species uidetur attinere, Radice enim crassa constat, obrotunda ru bra, graui, et fibrata, unde profert caules iuxta radicem rubeos, geniculis interceptos, tenues refertos capreolis, uolubiles et arbores propinquas in cacumina usq. scandentes, folia obrotunda mediocris magnitudinis et neruis secundum longitudinem ternis discurrenti bus, fructumq. myrthi referentem semini, prouenit in oppidis Joan nis conchensis calidis nempe regionibus, sicca tlanicq. editis, humili busq. locis, nec non Totonacapa, ubi addunt duas esse huius uolubilis species alteram quam descripsimus fructiferam et saluberrimam è cuius stipitibus parantur scipiones pulcherrimi, lineis nempe ful uis, et nigris uicissim uariati, Alteram fructu carentem quæ potius pertinet ad uenena. Mira audio de hac quam delineauimus planta narrari etiam ab ijs qui eius usi sunt remedijs, Sanguinolentos nem pe oculos breui illustrari, ac pristino restitui nitori apposito tamen folio: ulceribus oris mederi pudendorumq. gallica etiam lue in fectis, radicis pulverem, carnem supercrescentem absumere, et decentem restituere, ad temperiem spectare, et tamen occulta quadam ui calidis, ac frigidis aduersari affectibus, nec solum ad motam sed deuoratam quoq. conferre siue folia siue radix ipsa referatur in usus, esseq. qualibet uti mensura ac pondere innocentem uires augere ac firmare, sarcireq. exhaustas, et defectas, uel solum attrectatam, et calorem semi extinctum ita reparare atq. emorientes etiam homines reuocare in hanc lucem. admota folia dentium dolores, capitis, ar ticulorum, et ceterarum corporis partium ueluti per miraculum lenire, et his dolentibus adhærescentibus, certissimam salutis haberi posse spem, adhærentibus enim cum sedandus est dolor, aliter statim irrita

cadunt venerem mire excitare, in nares, capiti impositam con
ciliare somnum, et devoratam ex vino colicae mederi: flatum di
scutere, adversari venenis, corroborare et adesse coctioni: veneri
usu nimio exhaustos ei incubantes magnopere vires resume
febres tollere et firmare gingivas: Demiq, vix est morbus ali
in tam varia numerosaq, eorum sylva cui neget opem ferre,
vel hac sola planta inventa atq, nostri orbis viris declarato
fuisse irritos regios conatus affirmant, aut frustra ad hi
insumptus et historicorum labores, quae omnia tempora quae
sequentur rerumq exacta pericia firmabunt et facient man
festa

De Ilatlayohc seu Numularia indica cap lviii

Herba est Ilatlayohc folia ferens parva et orbicularia numul
vocata, aut veronica femina similia, ~~caules volubiles tenues~~
~~et duos dodrantes longos~~ bina ordine utring disposita, caules
lubiles, tenues, et duos dodrantes longos, et fructum edulem cucu
bitae similem, unde nomen: radicem vero prolixam, ac fere to
discursu crassitudinis equalis, nascitur locis campestribus,
Radix est glutinosa lacte manans, et quamq aliquantulam
participet amaritudinem, vincere tamen in ea videtur cum si
citate frigiditas, bibitur contra febrium ardorem, atq dysent
et dyssenterias compescit, medetur singultui, urinam evocat, et a
tractos nervos laxat, medetur ulceribus, et oris ampullis: si uri
na evocanda sit adiungitur cacaoatl duarum dragmarum men
sura, si vero cohercenda alvus idem cacaoatl ~~[illegible]~~ coctum par
ter devoratum:

De Iocancuitlaxcolli seu intestinis
mici ralpeue in dica cap: lix

Radicibus innititur Iozoncuitlaxcolli herba intestino
instar conglobatis, unde evenit illi nomen, a quibus fu

fundit caules, et in eis folia origani, sed asperiora, ac circina
ta, et circa caulium partes summas coccineos flores, calyculis
similes, Nascitur humilibus, et montosis locis regionum frigida
rum, ueluti chalcicoatepeci, et xochimilcj. uulgaris herba
est, et cunctis nota, tum ob adstringendi efficaces uires, tum ob for
mam radicum raram, et qui paucis plantis contingat, Ra
dix est frigida et adstringens, nonnihilq amara, uentriculum
roborat, et eius calorem temperat si sex dragmarum pondere
leuigata deuoretur ex aqua: medetur ulceribus putridis et
cancrosis, impinguat tabidos, et enixis ab his indicis medicis
corroborationis gratia solet exiberi, fluxum alui dyssente
riasq, uaria uinus deuorata cohercet:

De chichicallotl seu spina cap LXXI

Chicallotl quam alij chichicallotl uocant herba est spino
sa, folia proferens cardui benedicti, longa, angusta, sinuosa,
ac spinifera, cinereiq coloris, caules subalbidos, et spinosos, flo
res orbiculares, luteos, ac interdum candentes, papaueris haud
dissimiles, fructum oblongum, striatum, asperumq, refertum
nigro, ac paruo semine: Nascitur Mexicano agro nec ullam
refugit loca montana, aut campestria; semen trium et dua
rum dragmarum ponderi deuoratum humores omnes sed preci
pui pituitosos uacuat, et articulos infestantes: saporem et odo
rem sisymbrii uidetur referre, lac oculis infusum eum lacte mu
lieris que femellam peperit. inflammationes eorum sedat,
aduersaturq febrium typis: flos uero scabiem curat appositus,
amarus est eius herba sapor, calidaq et sicca temperies:

aiunt alij liquorem stillatitium eius ac germinum mixg
nubes oculorum discutere, carnem superuacaneam erede
dolorem ex hemicranea ortum sedare, alijs eorumdem hu
modi morbis egregie subuenire

De quauhxocotl chillulensi cap. LXII

Herba est quahxocot folia minutim serrata ferens, et te
magna ex parte sinibus ~~sinibus~~ diuisa, caules geni cu
sesquidodrantem prolixos, radicem uero napi forma ex
rubescentem, teneram, ac plenam succo, prouenit in hu
dis locis prouintia chillulensis: Radix est amara subaci
folium acidum, et eduli adeo ut in species xoxocoyolli
quas nostri oxalidas uocant uideatur ea herba refere
fructus uero orbicularis, et acinosus, nec uocati toma
dissimilis; Radix duarum dragmarum pondere tusa at
uorata uentriculum, et intestina leniter purgat, atq
membrorum grauitatem pellit, eadem exibetur infanti
sed unius tantum dragmae mensura matutino tempore
lo prius assumpto cibo:

De caquiztli LXIII

Caquiztli herba est folia ocimi minora tamen et illis orig
proxima, minimeq serrata, bina per interualla ordine dispos
dens; caules quadratos, rectosq; flores cyaneos, longiusculos, tern
ex utraq caulis parte binis foliolis circundatos; radices u
fibris similes, ac rubeas. Nascitur Mexicanis iugis. Amara es
calidaq et sicca fere tertio ordine temperiei: folia contus
resolu

resoluta ex aqua scabiei dicuntur mederi si corpori illini antur; Jus uero dicocti eorumdem bibitum sudores elicit: quin hi qui sanguinem meiunt e uestigio restitui sanitati dicuntur, si uaporem uini meri, (quod album pulqui'no cant) cui herba hec incocta sit, excipiant, modo a suffitu cubitum eant, pannis se contegant, ac sudori studeant eliciendo.

De Amamaxtla expurgante seu rha. barbaro uocato monacorum cap: lxii

Radix huius plantæ adeo sapore, odore, et colore, substantia, et uiribus, radicem ueri rhabarbari representat, imitaturque, ut ni si folijs ab illo distaret quæ desinunt in acumen, (nam illa ex angusta origine in latius finire cernuntur) uerum rhabarbarum alexandrinum a nullo qui utramque plantam expendisset non iudica retur; quamobrem hortensem Hyppolapathum congenerem esse uero rhabaro censemus, posseque in eius penuria substitui, ac pares pene uices prestare, bilem enim benigne, et cum quadam robora tione, qua acrastioribus, et adstringentibus accidit partibus, precipue uacuat, felici successu: quemadmodum nos sumus apud hispanos periclitati, ante hos triginta plus minusue an nos, et Mexici ubi Maximus est eius prouentus diligentia Bernardini castilij (cuius optimis manibus hic honos debe tur) uiri dum iuuenis esset in propugnandis hostibus dex terrimi, atque animosi: aprimo uero senio usque ad obitum et postremos halitus in seminandis, atque excolendis quibusque

raris et peregrinis plantis diligentissimi: quoniam uero
partibus constat subtilioribus quae sunt expurgantes, alijs
uero crassis atq adstringentibus, consueuere ijdem succo
expresso ueluti expurganti pharmaco sesquidragmae pon
dere uti; scribunt autem eadem mensura, ueluti alui
adstringenti medicina, quod si cum totalitate sua exibere
arriserit duarum dragmarum portionem ab his qui non
difficili soluuntur bilis aiunt quod satis sic expurga
ri, cuius rei nos certissima fecimus experimenta: misce
tur interdum unica dragma succi unc[ij]s duabus electuarij
ex tenerrimis cassiae nigrae fistulis confecti, atq ita bilim
primo et maxime, secundario pituitam expurgat; quibus
uis locis prouenit excultum, sed maxime calidioribus qualis es
quauhnacensis [hua], humido et fertili solo; post quaternos a sat
annos radix est medicinae utilis, colligenda uero ineunte
uere, mundanda, secanda in frusta, (quae boletos uocant) q
magnitudine illa rhabarbari uulgaris ad nos consueuerunt
ferri ab oriente, super asseres collocanda, ac sepe sepius qu
die (ne succus quo abundat effluat) euertenda: quatridu
transacto filo traijcientur firmiori, ac suspendentur ad um
bram locis apertis, sed quos radij solis non attingant, nam
ita duorum mensium interuallo siccari abunde solent, demu
recondi, et seruari; haec mihi de rhabarbaro monacorum uoca
dicta sunto: non quod nesciam apud hispanos quoq hanc pla
tam aliquot oppidis non admodum a mantua carpentana di
tantibus aliquando fuisse exultam, sed quoniam in hac noua
hispania apud quauhnahoaccenses in horto predicti uiri uberrimu
est eius prouentus: ubi patrijs plantis uel eo maxime opus est: qu
medicamenta extera in hunc orbem per tot maria translata em

initiataq tandem accedant; et ut Hispani meminerint apud eos si cura adsit quantalibet copia proventurum, ac in optimi rhabarbari penuria permittentibus consilijsq medicis sufficii pro eo sepe numero non incomode posse: Ceterum fabulae quas quidam inculcant, ut persuadeant rhabarbarum hoc monacorum uocatum esse Alexandrinum, dicentes Turcas, cum illis per Henricum galliae Regem Marsiliae portu, et urbi potiri licuisset gallicis quibusdam monacis semen imperitos ueri rhabarbari, unde nomen defluxit, atq inde deuectum ad Hispanias, et has Indias: nugae sunt quibus sit omnino deneganda fides:

De yxtomio seu lanuginosa herba cap lxiii

yxtomio xihuitl quam alij Tomoxihuitl alij Memeam alij quapopoltzin, et quapopoltzin uocant herba est folia ferens hirsuta, spinosa, undulata, et anchussae proxima, caulem pallidum, duos cubitos longum: flores candentes, paruos, caliculis contentos, et in pappos tandem abeuntes; radices uero multas fibris similes: Nascitur in uallibus, planisq locis regionum frigidarum, et in annuos usus uulsa radix seruatur, atq rite conditur; Radices duarum dragmarum pondere deuoratae omnes humores concitato uomitu uacuare dicuntur: calida enim siccaq natura constant, et sapore aliquantulum amaro, tussim deuoratae sedant, et pectoris opitulantur morbis; renes, et uessicam abstergunt, ulceribus puetridis pudendorum muliebrium, atq uirilium succurrunt: curant hemorrhoidas, et uacuatem prius superne de fluxionis causa dicuntur quoq mederi dysarrheis:

De Tlalyxtomio seu yxtomio humili cap lxiiii

Herba est Tlalyxtomio folia fundens portulacae similia, sed aliquanto maiora, caules purpureos, teretesq: flores in summo

purpureos, radices uero crassas, et surculosas; quae tritae epotaeq
ex aqua duarum dragmarum mensura pituitam per superna ex
purgant, emundant intestina, ac colicis affectibus infesse medentur
amarae ualde sunt calidaq et sicca ordine tertio natura:

Error
Nota quod hoc caput debet reponi in fine sectionis primae huius libri secundi, fol. 112.

De yxtenextic seu oculis cinerijs cap: lxv:

Folia fundit yxtenextic herba limonis forma, et magnitudine, serrata, tamen hirsuta, scabra, et subalbescentia; caules tenues, teretes, hispidos, purpureos, ac cubitum longos; flores chrisanthemi; radicem uero crassam, surculisq refertam; prouenit in frigida xalatlauhci regione, in collibus, atq uallibus: Radix est nonnihil amara, acris, urensq, cuius uim eius nigra perseruescit gustum, gusti odora, sicca et calefaciens ordine [illegible] subtilium partium, Discutit haec tusa, atq apposita panos, et extergit lepram et lichenas: curatq egritudinem uocatam ab Indis Mexicanis tzatza [illegible] analizeli, in qua uniuersum dehiscit corpus, [illegible] res [illegible] inspersoq desuper puluere radicis huius, et pre[illegible] gallinarum pennis: habetur hoc medicamentum a Mexicen sibus maximi

De Paradisea herba cap lxvi

Ita libuit uocare hanc herbam quod folia ferat auis qu[illegible] eodem nomine nuncupant, plumis similia, in hispidis, [illegible] caulibus, aradicibus ortis fibrarum instar; Nascitur inte[r] cho candiranum et atapanum prouintia Michuacanensis amarissima est calidaq et sicca ordine tertio, medetur pe[illegible] ri, lumbricos necat, flatum discutit, curat satietatem, ac re[illegible] serat obstructa:

Liber Tertius De Materia
Medica Nouæ hispaniæ

Superioribus perspicacissime lector comentarys, de Aromatibus, Arboribus, et Nascentibus ex eis succis, lachrymis, ac seminibus, tum etiam de fruticibus, suffruticibus, herbis Acri, Amaroq. Sapore preditis egimus, hoc autem tertio in duas etiam secabimus partes, in prima herbas salsum, dulcemue saporem habentes; in secunda autem herbas ceterorum cognationem saporum conuinctas, Acerbum, nempe, Austerum, acidumq. saporem referentes, nec non insipidas prosequimur:

Sectio prima De Herbis salsum, Dulcemue saporem habentibus.

De Neicotlalpatli Tolopocensi Cap. I.

Nomen habet Neicotlalpatli herba ab ea quam excitat uomitionem, foliaq. fert scamonij folijs similia, per longa distita interualla, ac oblonga, sed circa exortum a pediculo latiora, atq. obrotunda; caules uolubiles; flores candentes, surculosas uero radices: Nascitur calidis, ac planis locis; Radix est calida siccaq. ordine secundo, et graui uirus olens, eadem dragmæ unius pondere diuorata dicitur bilem, et pituitam per superna atq. inferna leniter purgare:

De Ocopiaztli Cap. II

Ocopiaztli quam alij hoitzcolotli seu scorpij spinam uocant, herba est spinifera, folia proferens Cirsij, spinis horrentia, præ longa, et angusta; caules longos, teretes, ac leues, quorum supremis partibus herent capitula spinis horrida, illis dipsaci haud dissimilia; ac flosculis contecta purpureis; prouenit Tenayucæ montanis humidisq. locis; Radix iringium, siserq. sapore quodam dulci, atq. odore, uidetur imitari; calentiq.

secundo ordine, et exiccante constat natura: liquor ubi aliquandi[u]
maduerit, ius uc decocti propinari solet ab Indis medicis his qui i[n]
pene afebre conualuerint, ut reliquijs humorum febrem causant[ibus]
per urinam, aut sudorem euocatis perfecte ab egritudine liberen[tur]
quin articulari morbo laborantes eadem ratione iuuat, in aliosq[ue] h[u]
iusmodi usus magna cum utilitate solet adhiberi:

De Paexantzin seu planta subsidente Cap: iii

Paexantzin quam alij tenextlacotl seu uirgam Calcis uocant,
alij uero Tlacocalacam, Herba est fruticosa caules proferens long[os]
duos cubitos, teretes, lignosos, striatos, et cinereos, inclinantes in p[a]
uimentum unde nomen, folia rara saluia similia aspera sed inf[er]
ne subalbescentia, superne uero uiridia, flores luteos, magn[os]
producentes e caliculis squarosis, radices uero fibrarum instar. Ca[li]
da et sicca natura constat ordine secundo, et odore graui s[...]
reg: Temperato gaudet celo, quali est Tepoztlanicum ac me[...]
Floret septembri: Jus de coctis radicum medetur satietati, De[...]
lem uentriculum roborat, pectusq[ue] calefacit, exibetur quoq[ue] [...]
aliqua egritudine resurgentibus, et ducendis in balneum: fol[ia]
tusa, permixtaq[ue] chichiantic, et Tlatlaolton equis portionibus
ac contuso loco admota, quicquid humoris ad eum diffluxit sicc[at]
atq[ue] discutiunt: uerum hunc temporis consueuere indi medici [in]
fundere naribus puluerem Tlacoxiloxochitl:

De Tepitzentli seu spicis Maizij Montani Cap: iiii

Herba est Tepitzentli folia ferens purpurascentia limonis f[...]
ma, sed maiora, caules quinque fere dodrantes longos, terete[s]
purpureos, digitum crassos, geniculatos, per interualla fructum
chilli referentem semine plano, orbiculari, et lanugine comprehen[...]
radicem uero contortam, et candidam quibusdam ueluti glan[...]
dibus adherescentibus, ~~Nascitur in frigidis, et saxosis locis~~, Ba[...]

extra intusq candescit, gustata uirus minime ingratum olet, peoniæ simile, ac calorem siccitatemq ordine prefert secundo, crassamq substantiam, sensum aliquem caloris ne dicam urecdinis prebet circa guttur, tusa ac trium dragmarum pondere ex aqua deuorata omne humorum genus supra infraq uacuare dicitur:

De Tlacolcoatli seu coatli humili cap. V.

Tlacolcoatli herba est que caules tenues, geniculis intereeptos profert, refertos folijs ericæ, exilibus, ac breuibus; flores sunt candentes, longiusculi, ac ueluti e flocco concinnati; Radices tenues per longas adeoq fibris similes habet; Nascitur in collibus, planisq locis regionum frigidarum, qualis est huic xocincensis: calida secundo ordine constat natura lubricaq: Ius decocti radicum propinatur difficile nec sine dolore urinam reddentibus, dolorem enim lenit, emundat meatus, atq urinam, et quicquid illi obstaculo est euocat:

De Tlalçacamicaxochitl seu flore
fumis pabuli terrestris cap: VI.

Herba est Tlalçacamicaxochitl saligna folia proferens, oleaginaue, caules multos; flores ex albo rubrescentes, comantes in summo, exiles, et modicos; radicem uero transuersam, fibratamq: calida est et sicca radix ordine secundo, atq odora, medetur eadem semiunciæ pondere deuorata interpollatis febribus, mentemq reducit his qui eam casu ammiserunt:

De yxiayahoal chapaltepecensi cap. VII

Nepta calaminthæ uidetur species nostro orbi incognita yxiayahoal herba folia ferens parua, serrata, subalbescentia, et cordis fere figura, lignos caules et tres spithamas longos: floresq multos, candentes, et modicos: radicem

uero prolixam, et fibratam, Montosis ac temperatis locis gaudet, quales sunt Tetzcoquenses, et chapultepecenses, unde facta est eis distinctionis gratia cognomen: odora est calidaq et sicca ordine secundo: Radix pota ex aqua dyarrheas compescit, tumores preter naturam maturat, et rumpit: frigori fe brium intermittentium aduersatur; sudores, et urinas elicit, et uitiosos uentriculi detrahit humores:

De Tlacpatli tonallae seu medicina dyssentericorum cap: VIII

Tlacpatli Tonallae herba folia lini tenuia fert, caules exiles, teretes, et longos; flores compositos in corymbos; radicem candidam, longam, tenuem, et fibratam: Nascitur Tonallae Mishica inferioris, Radix est primo ordine calida, graue quodam uirus olens, et nonnihil adstringens, eadem semiuntia pondere deuorata medetur dyssentericis:

De Tlaquauhtilizpatli seu uenerea medicina cap IX.

Herba est Tlaquauhtilizpatli folia longa mittens, et angust saligni maiora, subalbidaq, et firma, qualia esse solent arborea, caules breues; fuluosq (ut ferunt) flores; radices longas, ac tenues, Nascitur in Montibus temperatis, Agri Acatlanici; sapor est glycyrrhizae dulcis, calidaq et humida ordine secundo temperie, aut primo completo; excitat uenerem admota pudendo, ingestaq: unde inuenit nomen, curatq puerorum dyarrheas, tosta redacta in puluerem, atq duorum dragmarum mensura deuorata:

De Aphatzipuntzumali cap. X.

Folia fert Herba Aphatzipuntzumali rara, longis

appensa

appensa pediculis, ocimina, et circinata; caulem breuem, rectum, teretemque: ac in summo flores orbiculares, chamamelo similes, e fuluo candiscentes, ac semen aniso simile; radicem uero surculo similem, prouenit in frigidis regionibus Michuaca ni; Radix corianum olet, calidaque et sicca constat temperie eadem ex aqua resoluta atque epota dyssentericis medetur: et his qui quartanis circuitibus infestantur: Ius decocti eius con fert cruribus œdemate affectis si eo abluantur.

De Apatzipunetzumeti seu Mustella odorata
cap: XI

Herba Apatzipunetzumeti unicum profert caulem, sex spithamas longum, tenuem, teretem, et striatum, e bi nis, ternisue radicibus, exilibus, et tenuis similibus pro deuntem, et in eo folia oblonga, angusta, serrata, rara, amig dalinae, et quae in colorem fuscum inclinant et paulo breuio ra essent, ac serrata, saligna uiderentur; flores luteos, in pap pos abeuntes; ac semen in summis capitibus simile aniso: Ra dix corianum indistincta olet similitudine; sapit uero pas tinacam, simulque corianum permixta, et calefacientis na turae esse reperitur; in cacumine montium prouenit frigidisque locis, quale est Pazquarum prouintiae Michuacanensis, Ra dix tusa, atque e liquore quouis conuenienti deuorata dys sentericis, (ut aiunt) et quartanis febribus solet medi ri:

De cacauaxochitl seu flore cacauatl cap XII

Cacauaxochitl herba est folia cordis figura fundens, cau les dodrantes, flores purpureos; radices uero crassas, fibratasque: Nascitur yanguitlani Mistica superioris; dulcis

est

est radix et nonnullam prefert amaritudinem, et cum siccitate calorem: eadem levigata, atq; epota semiun tia pondere dyssenterijs medetur:

De charapeti Cap: xiii

Herba est charapeti folia mittens serrata, urticæ aut ocimi proxima, sed tamen longiora; stipites multos, prolixos, ac fulvos; et iuxta cacumen flores, ex albo rubescen tes, longos, et angustos; radicem vero fibratam; Na scitur in calidis Michuacanensibus, et frigidis locis, at floribus decidentibus apparent vesicæ cordis figura, in quibus continetur semen: calida et sicca natura ra dix constat; eadem tusa resoluta ex aqua et sex obo lorum pondere epota scabiem curat, etiam gallicam, ac veneris dolorem lenit:

De chichiantic Coatlanensi Cap xiiii

Chichiantic coatlanensis herba est, folia urticæ proxima mittens, sed pennatis pediculis; caules quadratos, sar mentosos, et hirsutos; flores purpureos, similes chian cuius est species: radices vero capillatas: Nascitur fer ventibus regionibus qualis est yauhtepecensis, et Coatla nensis: semiuntiæ pondere trita folia epotaq; ex aqua fluxum alui cohibet; calida siccaq; et adstringenti na tura constat, et odore gravi, et fluxum sanguinis pre gnantium solet quomodolibet admota retinere:

De chimalatl peruina Cap XV

Chimalatl peruina seu Magna, quam Anthilion, et florem solis appellant quidam, herba est folia ferens

magna, serrata, inferne candescentia, et urticae emulantia for
mam; caulem unicum, rectum, decem quindecimue pedes pro
cerum, brachium crassum, rotundum, cauum, atque exaturato co
lore uirescentem; florem in summo orbicularem, aureo mican
tem fulgore, speciosis radiantibus per ambitum luteis folijs, media
uero orbita quam plurimis flosculis flauescentibus refertum, c
porulis fauimellis instar ~~[illegible]~~ ordine dispositis, ornum ducentibus,
ijsque dehiscentibus semina insurgunt illis melo poponum forma (etsi
teretia fere sint) lenitate, temperie, et cetera prope natura similia:
radices uero aliquatantenus tuberosas, ac fibratas, ~~que~~ seminum licet libera
liter deuorata dolorem capitis exciteant, pectus tamen leniunt, ardorem
extingunt, et apud aliquas gentes tusa coacta in panem assaque fru
menti prebet usum: et si non desint qui dicant appetitus uenereos
excitare, maxime pediculos foliorum teneros abstersis pilis in cra
ticula coctos sale oleoque conditos esui suaues oriue gratos; Huius
aliud obseruatur genus cuius caulis breuior ac minor est: ac ramos
duos tres pluresue ferens, ac in singulorum summo flos insurgit
priori similis, multo tamen minor; Nascitur in peru alijsque nonnul
lis Americae prouintijs sponte; in alijs uero quibusuis locis planis
atque campestribus semini; lenior tamen campestribus, et cultis:

De Coyotomatl seu Tomatl coyoti Cap XVI

Coyotomatl. quam alij colcoanenepilli seu coanenepilli coturni
cis uocant, herba est folia proferens Solani in cuius species re
fertur, altera parte sinuosa, hirsuta, et pinguia, caules prelon
gos, quadratos, purpurascentes, et quaternis strijs, totidemque insi
gnes dorsis; fructum in uesicis magnis, et quinum angulorum
contenctum, glutinosum, orbicularem, et parem nucibus ponticis;
refertum semine exili, et longiusculo, paleis persimili, initio ama
rum, sed cum adoleuerit dulcem, atque edulem, radicem uero magnam,

et surculosam: Nascitur in calidis collibus Tlalticapani, cali
da et sicca temperatura constare videatur, et amaro sapore;
atq; cum Axin de qua suo loco tumores preter naturam di
citur discutere: Cortex radicis tusus, et ex aqua deuoratus
duarum dragmarum pondere purgat interdum per superna, et
interdum per inferna bilim, ac pituitam; emundatq; corpora
tormina patientium: et quorum uentriculus redundat crassis,
ac lentis humoribus:

De Cuitlaçotl Tepecuacuilcensi cap XVI

Herba est cuitlaçotl Tepecuacuilcensis folia pinguia haben[s]
cordis figura, pyrinc; caules tres dodrantes longos, uolubiles,
partimq; purpureos: flores candentes; radicem magnam, [illegible]
dam, candentem, ac fibratam; Nascitur Xochimilci temperat[o]
celo, in domibus ac hortis, sed eo translata a calidis regioni
bus: Nam et Malinalci, et Tepecuacuilci prouenit, planis et
campestribus locis, maximeq; iuxta aquarum fluenta: Ra
dix napum olet, sapitq;, atq; pulverem bellicorum instrumen
torum, tormentorumue; Calore nonnullo predita est, pectoris,
ac uentris dolorem sedat, ac flatum discutit unciae unius
deuorata pondere; maxime si e liquore aliquo calenti addi
toq; siliquastro assumatur: quartanis etiam tertianisq; me
detur; uacuata per superiora bili, et humore melancolico,
si paulo ante accessionem sumatur:

De Micui Tlaxcolli seu piscium intestinis Cap XVII

Micuitlaxcolli herbula nomen inuenit a radicis forma, unde
profert caules tenues, et in eis folia longiuscula, et angust[a]

et in summo flosculos, candentes, exilesq; Nascitur apud Pannonces; Radix quae calida temperie constat tusa, et applicata medetur ulceribus mira breuitate etiam cancrosis, et aliogui insanabilibus; quam ob rem maximi habetur ab incolis; folia uero tusa, et potata medentur ictericis, et suppressam urinam euocant; Radix uero oculorum carnem excrescentem extergit, si puluis eius inspergatur; aiunt etiam infusam ita corpus uniuersum purgare ut homines alioqui pigros, segnes, impigros efficiat, ac paratos ad quemuis laborem substinendum:

De Nextlacotly yacapichtlensi Cap: XVIII

Herba est Nextlacotly yacapichtlensis folia limonis mictens, sed maiora, asperaq;, caules in hominis assurgentes magnitudinem; flores pallentes, contenctos in calycibus squarrosis; radices uero surculosas; Nascitur in calidis, et frigidis regionibus, locis humidis, ac montium faucibus; calida est siccaq; et gustu odorata; Jus decocti eius aut radicis foliaue duarum dragmarum pondere deuorata urinam euocant, et enixis magnopere a partu conferunt:

De Ilalcapolin seu chamaecerasso Atlapulcensi cap: XIX

Ilalcapolin herba est dodrantalis, folia serrata fundens, oblonga, et per interualla caulium quaterna, quinaue; caules purpureos, flores in postremis ramis paruos, et coccineos, fructum cerasis nostratibus persimilem, minorem tamen unde contingit nomen; radices surculosas, et candentes,

longas, et anserinam pennam vix crassas: Nascitur montosis, frigidisq; locis Atlapulci, in ilicetis; ~~seruat hec herba radicem et in fusa dissenterias calida enim est sicca et adstringens~~: Calida enim est et adstringens seruaturq; radix tosta in annuos usus: hec herba redacta in puluerem ~~et~~ infusa dissenterias curat:

De Tlacoxochitl cap xx

Tlacoxochitl Anenecuilcensis quam alij Tlacoxihuitl uocant, hoaxtepecenses uero Tlacopatli, herba est que folia fert saligna, subalbidaq; et e radicibus fibrarum instar caules fuluos, et in summa parte flosculos ex albo rubrescentes, longiusculos et compositos in comam Nascitur in calidis planisq; locis, Audio amari australi anenecuilcum ob remedij prestantiam primo fuisse allatam: calida est siccaq; et adstringens facultas, atq; ideo propinatur his qui laxitudinem patiuntur, corroborare enim eos, ac ueluti uirilificare predicatur, quin radicum puluis uetustis plagis dicitur egregie meden

De Theuhcopalli seu copalli Dei cap xxi

Herba est Theucopalli folia mittens acocotli, seu ligustri indici; caulem cauum, ferulæ similem, geniculatum per internalla, et candentem; et in extremo caule fructum co mantem in muscarij modum, sed exiliorem, et flores lanugi nosos, fibratam uero radicem; calida natura constat atq; ideo radice eius in puluerem redacta additaq; nanahuapatli yohoalensi tuberculis e gallico procedentibus morbo meden solet.

De Izonpotonic Cap. xxii

Ita uocant quauhquecullenses speciem quamdam Helicrysi peregrinam, quae herba est folia fundens saligna, aut conizae, squalentia, et hirsuta; flores helicrysi, ex albo pallescentes: umbilicumque circa medium rubeum; radicem surculosam, et fibratam; Nascitur in Calidis quauhquecullae: calida constat, et lubrica natura, et odorata gustu: Jus decocti eius medetur tussi, satietati, et uentris doloribus: Articulos humore obrutos, atque impeditos laxat, et mundat, sudorem euocat, ac flatum discutit:

De ycel acocotli chullulensi Cap. xxiii

Herba est ycel acocotli chullulensis, folia habens feniculi, crassiora tamen, et latiora, iucunde olentia; caules cubitales, multis concauos alis, et in cacumine umbellas, in quibus semen copiosum, candidum, sphondilio simile, rotundum, angulosum, aere sinaceum, quod in mandendo linguam exurit; radicem crassam, longam, et Thus olentem; ex qua descriptione liquet uerum esse rosmarinum secundum discriptum quondam a Dioscoride, neque ab aliquo ante nos uera imagine expressum; Nam illa Mathioli cum Descriptione dioscoridis non uidetur omnino conuenire; Nascitur in humidis locis iuxta Montium fauces, uires sunt eedem quas libanotidi cachrym ferenti tribuit Dioscorides; quamque chullulenses, et Tlaxcaltecae (apud quos nascitur) dicant Jus decocti eius bibitum exanthematis, et punctis, quae ex sanguine suscitatas febres comitari solent mederi:

De yztacxihuitl Cap. xxiiii

Herba yztacxihuitl quam alij Tecacapan, Alij chichiahuacxihuitl

uocant, Volubilis est genus ad hispanias iam dudum dela tum, nuncupatum apud uulgus Basium moniale, Calida et glutinosa natura constat, oculis medetur, euocat urinam, et semen retentum pellit:

De Axixpatli cap XXV.

Axixpatlis herba quam anatali loco quauhnahuacensem uocare posses, folia profert oblonga, et serrata, folijs menthę similia; caules teretes; flores exiles, et purpureos, in spicas tenues, et longiusculas compositos, et a singulis foliorum exortibus prodeuntes, circa caulium postrema; radices uero capillis similes; sapore et odore insignicaret, adeoq; calore nimio; Nascitur regionibus calidis xochitepecensibus, et quauhnahuapacensibus planis, et campestribus locis; Radices tusa, et dragma' unius mensura ex glycyrrhiza' decocto, aut alio simili deuorata' mire urinam euocant, emundant quic quid illius meatus obstruere potest, aut urina' redendi esse impedimento: Aliam herbam uidi quauhquicullą eiusdem nominis sed odoram, et tertio ordini calidam, radice surculosa, folijs salignis, serratis, et flore mo dico, et candenti; qui retentam urinam euocat si pu gilli mensura folia ex aqua deuorentur:

De chiantzolli seu planta in humore intumescente cap XXVI

Planta Chiantzolli uocata, herba est folia hedera' profe rens; caules quadrangulos et sesquidodrantales; flores can dentes, exiles, nasculis oblongis contentos, in quibus demum semen generatur, atq; continetur, candens, compressum, pl

planumue Lentium forma; radices uero surculosas: olet Thymum nostratem, sed euestigio odor elanguescit; ubiq. sata hec planta prouenit locis precipue cultis, irriguis, et aquosis: folia, et radices omnino uidentur inexpertia caloris, aut cuiusdam adstringentie, et amaritudinis; semen uero frigidum est, aut caloris temperati, non sine quadam lubricitate, et salinosa natura, et quod deuorari solet matutino ac postremo uespere aduersus febres, ac dyssenterias, ceterasq. defluxiones ex aqua uncia unius pondere miro successu: dum tamen uentribus, aut ter applicetur emplastrum constans araneárum telis, oleo rosaceo, et aliquot in frixis pariter ouis: parantur ex eo sacharo, aut melle condito, atq. interdum expurgatis amigdalis, melonum atq. aliarum plantarum seminibus, pergrata quedam genera bellariorum, potionumq. refrigerantium; qualis est chianezoetzollatolli uocata, extinguendo febrili calori aptissima, ac bonum gratumq. prebens alimentum; quin belli tempore maximi habebatur; quo si saccum illo plenum secum ferrent nihil quod nutriendo esset comodum sibi arbitrantur deesse; miscebant uero id semen in farinam redactum maizio torrefacto, atq. contrito, ut diutius integrum, atq. immune a corruptione seruaretur, cumq. exposcebat occasio potionem parabant, cui interdum succum metl ignem expertum uix melli nostrati cedentem, et paululum siliquastri solebant admiscere: ubiq. sata hec planta prouenit, locis precipue cultis, irriguis, et aquosis:

De Coltotl cap xxvii

Coltotl herba est caules fundens flauos, ac tenues, folijs refertos securidaca; ac flores in postremis stipitibus proferentes,

capitulorum forma, purpurascentes ex pallido; radicem pallen
tem, longam, surculosamq: Mexici nascitur, alijsq montani
et temperatis locis: Calida constat, aut temperata natura, co
glycyrrhiza pene odore, ac sapore; quo fit ut si cum oxix tla
cotl et chichic xihuitl tusa dolenti alicui loco ob flatum ra
dix apponatur, aut frigus, illum statim a dolore reddat in
columem; splenemq admota minuat, pensa uero semiuntia
pondere deuorata pectus leniat, et refrigeret, exanthema
tis opituletur; appetentiam excitat, atq euocet urinam.

De Coztiçpatli Acatlanensi cap. xxviii.

Herbula est coztiçpatli Acatlanensis atianctho similis,
folia pene adianthi ferens; caules tenues; flores pilosos,
paruos, exilesq: radices uero fibris similes, uidetur ad spe
cies coçozti pertinere: Nascitur iuxta flumina, et loca
humentia calidarum regionum, precipue mistica inferioris.
Radix est dulcis, et amaritudinis cuiusdam particeps sub
tiliumq partium: Jus decocti radicum epotum urinam euo
cat, et renum calorem, ac dolorem mitigat; fluxum uero
alui puerorum cohibent radices epota ex aqua semiuntia
mensura: et succus medetur oculis.

De cuitzapacollin seu medo lacertaru cap. xxix

Cuitzapaçollin herba folia fert mori, terna, purpureos
caules, tenues, et interceptos geniculis; flores rubeos, et par
uos, semenq simile phaseolis; radicem uero digiti crassitu
dine fibratam: Prouenit apud agros tlachmalacacenses;
Radix glycyrrhizam sapore imitatur, atinetq ad tempe
riem, aut moderatum calorem, cum humiditate, et lenitio
ne. Jus decocti radicum aut ipse radices deuoratae conferunt

his quibus uenter tumet, aut aqua intercutem molesta est, quali
bet mensura; illinitur eadem affecto loco quotidie donec egro
tus restituatur sanitati:

De ocelóxochitl cap: xxx

Océloxochitl ~~herba est folia~~ quam alij Teyolchipahuac seu
exilarantem cor uocant, herba est bini folia ferens, longa et
angusta, quaterna, quinaue, per caulium interualla ordine
disposita, et in summo flosculos purpureos, et obrotundos, radi
cem uero fibratam; Nascitur Tlalmanalci frigida regione,
merorem cordis maxime aphar maco dicitur radix remouere
semiuntiae pondere ex aqua bis dit^r deuorata, aut per se,
aut cum nextamalli:

De Tatacanaltic cap: xxxi

Herba est Tatacanaltic folia saligna fundens; flores modi
cos, atque purpureos, radicem longam, sensimque gracilescentem,
cui per internalla appendent orbiculi nucibus iuglandibus
pares, Nascitur in collibus yacapichtla; et ocotuici nec de
sunt qui Tceauhquilitl uocent, Radix est dulcis, et pauci calo
ris, propinatur ad euocandam urinam, et febres contemperan
das; uetustisque plagis leuigata et inspersa medetur:

De Tlalapaltic seu cocoztic seu Tlalauhqui
chioyantic seu chichiantic rubeo cap xxxii

Tlalauhquichyoyantic quam alij coztic seu pallidam uocant, her
ba est folia fundens oblonga, serrataque: caules insurgentes
e radicibus fibris similibus, multis teretibusque atque pallentibus
et ellebori imitantibus formam, flores uero oblongos, canden
tes, forma canaliculorum, et fructus glandibus oblongis similes

similes

Nascitur Temmacacensibus agris, qui ad calorem spectant, nec non Tepuzculullæ Misticæ inferioris, ubi vocant Tlatlauhiqui patli ob rubescentem, e pallido colorem: bibitur aduersus febri miscetur chichimecapatli temperandi illius caloris gratia, a uersus variolas duarum dragmarum pondere deuoratur: in flammatis instillatur oculis, et si non nihil calide est temperi et lenis cuiusdam naturæ particeps:

De Tlalchinolxochitl cap: xxxiii

Tlalchinolxochitl, quam alij chianezotzolto uocant. Alij Co camacetlacatlatzin seu medicinam in ore sonantem dicunt, herba est radici innitens fibratæ, e qua multos caules fundit, binos dodrantes longos; et in eis folia per interualla quatuor unciarum oblonga, et parua, aceruatim coherentia, intersectis floribus modicis, oblongis, paruis, et ex albo purpu rascentibus per multis capillamentis luteis hinc inde exorien tibus; Nascitur in planis calidisq; locis yacapichtla: Adstrin genti dulciq; radix constat natura, atq; ita folia trita et epota e liquore aliquo adstringenti aluum fluentem cohi bent: Radix quæ sub aeris est tusa, et duarum dragmarum pondere deuorata uomitum ciet, medetur tumoribus preter naturam, ulceribusq;: sunt qui cuatlizpatli quod uenerem excitet uocent; sunt et qui mecapatli ferunt namq; ius decocti eius morbo gallico mederi:

De Tlallantlacuacuitlapilli seu cauda

parui Tlacuatzin cap. xxxiv

Tlallantlacuacuitlapilli herba est cuius duæ reperiuntur spetiés, Mas nempe, et femina: Mas folia fere solani mun

nata,

mucronata, et iuxta cuspidem contorta: caules uolubiles; radicem uero longam, tenuem, fibratam candentemq;: Volubilis quoq; femina est, sed caule cinereo, et geniculato; folijs cordis figura, longe maioribus, atq; latioribus; flore per hiemem candenti, et magno; fructuq; oblongo, et ampliori, referto luteo semine, ac obducto candida lanugine: eadem constat utraq; natura; Nascitur in calidis Tlachmalacensibus, Cuauhnahuacensibus, et Acatlicpacensibus, circa humentia loca, et fauces montium; Radix odore insigni caret, sed initio dulcedinem quamdam prefert glycyrrhizæ similem, postea uero amaritudinis nonnullum sensum prebet: Calida utique et humida constat temperie: Semiuncia illius ex aqua deuorata uel per se uel addito siliquastro urinam retentam pellit, ca[?]tergitq; uias renum et uessicæ: Jus decocti radicum febres euocato sudore finit; ac dolores corporis leuat:

De Itzonpelicxihuitl cap: XXXV

Herba est Itzonpelicxihuitl folia ferens ociminis similia forma et magnitudine, bina per caulis interualla, sed alijs minoribus ex eisdem exorientibus prodeuntibus; caules teretes, ac tenues, florem candidum, longiusculo pediculo appensum, paruis oblongisq; spondylis similem, radices uero capillatas, ac tenues, Nascitur in calidis humidisq; locis, montosis, ac planis, et iuxta fauces montium pamicensium: huius herbæ folia adeo dulcia sunt, ut mel ipsum, sacharumq; et quæcumq; alia dulcedine prestant longe inferiora uideantur, itaq; in hac una sola planta uisa est natura periclitari quantam dulcedinem posset rebus naturalibus impartiri: neq; sua caret

utilitati; nam febres sedant folia deuorata ex aqua;
tussim ac raucedinem placat potatus succus; et appe-
tentiam excitat.

De Xochipalli cap: XXXVI

Xochipalli herba est sex prolixa cubitos, foliaq fe-
rens sinuosa, magna, et artemisia quadantenus simili-
caules digitum crassos; flores cempoalxochitl, sed par-
et colore ex luteo rubrescentes, radices vero tenues, long-
Nascitur passim in calidis, et est admodum vulgaris co-
tionis, floris tantum est usus, qui caloris est temperat-
grati odoris, ac saporis, corroborant cor, uterinos peller-
affectus, et ulcera ac precipue oris curans, maxima u-
tas tingendi lanas, ac rerum formas luteo colore exprim-
di, sed qui vergat in ~~luteum~~ rubeum; cuius grana exc-
coquitur adiecto nitro, atq ita demum exprimitur succ-
colaturq, quo veluti pigmento utuntur pictores, et fullo-

De Çacanelhaotl chullulensi cap: XXXVII

Herba est çocanelhaotl è radicibus surculosis cauliculos
edens dodrantem longos, et in eis folia, ac fructum an-
gallidis: prouenit in locis siccis regionis chullulensi-
radix est dulcis, et temperati caloris, eadem tusa re-
luta ex aqua, ac instillata peni dicitur urinam euoca-
eiusq meatibus tractis etiam lapillis extergere:

De Çeçepatli Acatlanensi, Cap XXXVIII

Çeçepatli Acatlanensis herba est folia fundens mult-
simili

similia rutaceis, sed minora, radices longas, ac tenues, e qui
bus insurgunt caules, Nascitur in calidis, campestribusq; lo
cis, et precipue misteca inferioris, ubi quidam uocant
eam charapuchari, alij xoxocpatli. nec desunt qui quéram
beni appellent, Radix est dulcis, adstringens, et modera
te calida, et tamen referunt uentris tineas interficere,
mederi dyssenteria, scabiei pustulae, uulneribus, icterius,
uacuare bilim, et pituitam, ac dolorem uentris sedare un
cia unius pondere epotatam:

De coztiemecapatli Tilancensi, Cap: XXXIX.

Coztic.mecapatli herba est folia habens obrotunda, parua,
legumini, aut numularia similia; caules sesquidodrantem lon
gos, et in summo flores spicatos, purpureos, radicem uero fibra
tam pallidamq;. Nascitur in frigidis quibusq; locis Tilancen
sibus; humida uidetur constare natura, et moderate calenti,
morsibus serpentum aiunt illita mederi, et quorum uis alio
rum uenenatorum animalium:

De Tlaolli Maizioue, deq; potionibus, et pla
centularum generibus, ex eo parari solitis cap XXXX

Quid mirum si circa mundi primordia, atq; rudimenta illorum
temporum, nondum excogitatis rebus ad uitam comodam tran
gendam inseruituris, cerere carentes, mirabili sane inuen
to, et natura omnium parentis bono, tuende sanitati apprime
utili, confugiebatur ad glandes, et ordeum: quibus modo sues

et si qua sunt sordidiora animalia consuescunt saginari, qu
nostra quoque tempestate alij oriza, et maizio, alij siliquis a
rum quarundam, Juncee alij herba nota radice, alij Slians
et guaiacis et (ut cetera quae innumera sunt preterm
Alij Tlaolli quod nostri frumentum indicum: Hispani ver
maizium appellant vescuntur loco panis: neque hoc dictum u
in vilipendium Tlaolli, quod tantum abest ut vituperem, ut
xime laudem, mirerque hispanos rerum externarum diligen
simos imitatores, atque translatores, et alienorum inventorum
picas suis usibus adhuc non accomodasse, et in suas oras t
tulisse, excoluisseque frumentaceum genus, ac valentibus e
se habentibus si decenter eo utamur impense salubre, cultu
cile, uberrimi, et securissimi in quo suis fere solo prove
siccitatibus, et alijs celi, terreque iniurijs parum obnoxiu
ocius saeu, fortassis a fame et mille quae inde emana
solent malis vindicari posset: sed ne cui miraculo sit g
tes esse quae sine tritici usu vitam transigant, et pen
nis, ac pene ignotis cibis iucunde, magnaque cum volupta
utilitate vitam vivant, et vescantur, quale est Tlaolli: de qu
niam mexici non solum apud indos incolas sed apud adv
hispanos est maximus creberque usus, instituitur nobis
de sermo: Tlaolli ergo a nobis dictum Maizium (notior
et vulgatior est haec vox) a quibusdam recentiorum fru
tum turchicum; ab alijs vero consultius Indicum appe
tum, (ut formam silentio toti iam cognitam mundo t
gam) multas habet differentias (sylvestre enim ma
seorsim describemus) a colore, magnitudine, et mollitudi

nu

granorum ~~ex~~ quibus spicę ipsę stipantur desumptas; repe
ries enim quamplurimas granis constantes albis. alias pal
lentibus, nigris multas, quasdam purpureis, nec paucas fla
uis, cyaneis, et multorum colorum permixtis demum alijs,
quę licet granis candentibus ut priores constent longę tamen
ea habent maiora teneriora ac triplo maiori spicę inheren
tia, quas omnes differentias ad uiuum expressas imaginibus in nostris
hisce libris reperias: Seritur martio in singulas scrobes inter se pas
sum unum distantes quaternis quinisue granis coniectis, et reponitur
nouembri, Decembri, et Januario repastinato solo, et si pro uarie
tate regionum quę apud hos Indos ob dierum noctiumue pene equali
interuallum et uarios solis situs modicis spatijs mirum in modum
euariant, tardius, citiusque solet demessum trituratumque recondi; Tem
peratum est aut ad caliditatem humiditatemque paulisper declinat, sub
stantia mediocri, concoctu facile, precipue his qui eo uictu uti consueue
re, non crassa aut uelut quidam opinantur obstruenti et uiscosa; quod
uel Indis ipsis qui ex eo pane in placentulas formato uiuunt, nec tamen
obstructi, aut decolores conspiciuntur, periclitari licet, ijdem affirmantibus
nullam in uentriculo grauitatem sentire post epulas; imo post pau
cas horas rursus ac si nihil ingessissent esurire, et magna auidi
tate si adsit copia repetere nutrimentum; nec uel dici nomine solo ad
aduentum usque hispanorum lithiasim nouisse; quin quod nullus est
apud Mexicanos celebrior egritudinum acutarum, et commodior uictus qui
etiam ptisanę prefertur, quod mille experimentis confirmatum com
probatumque est: Celeriter siquidem aiunt coctum descendere cor
pora quantum sat est nutrire, nullum inferre grauitatis sensum,
mollire uentrem, et pectus, calorem febrilem demulcere, presertim
si puluis eius ex aqua permiscetur brumali tempore gelascere,
quo uti solent chimistę, urinam euocare, uiasque omnes extergere:
cumque mille uideatur abundare comodis si apte paretur, nullamque noxam

inferre (nisi quis dicat sanguinem, et bilis copiam generare a
augere;) non est cur consentiamus dicentibus frumento esse cal
difficili et concoqui et distribui, uiarumque moliri obstructiones; im
laudemus Mexicanos medicos, qui post habita ordeacea ptisana uel
grata gustui, et egrotantibus inimica, pultes e Maizio quas At
uocant permixtas preferunt huic genti consuetas, et gratas: et
citra ullam noxam suauem, saluberrimamque alimoniam prestent.
obrem quot modis soleant parari, qua breuitate potero tum sanis,
morbo aliquo affectis deinceps sum edocturus: Modum placentular
ex eodem frumento parandarum differens in id quod sequitur
put; Atlequatolli idest Atolli cui calx sit permixta ita ut aque
partes octo, huius frumenti indici sex, et calcis pars una, sumen
tium: tunc enim carbonibus pauculis impositum in fictili obtu
emollitur, quo tempore ab igne amouetur linteis cooperiendum
et tandem lapide Metlael uocato pinsendum, Mox in fictili dicoq
tur, donec cogi inspissarique incipiat, et eo tempore decima pars m
Metl de quo suo loco dicetur permiscetur, tamdiuque permictitur
re quamdiu opus est, ut ad pultim placentularum hispanicarum pe
niat modum: Refrigerat hoc humectatque distemperie calida e
affecta corpora; emollit pectus, plurimum nutrit, corroborat, in
guatque corpus extenuatum, et ammissas uires instaurat; atque r
tuit, extergit quoque, et est egrotantibus conueniens uictus: q
quod tabidis exibitum ptisana ordeacee gerit uices, et agr
simis morbis resurgentibus manus auxiliares prebet: Sunt q
adijciant piper indicum modica mensura, sed cum sunt bene ua
tibus propinaturi, et his quos calida intemperies non infesta
ita enim gratus palato redditur, et uenerem concitat, utun
eo alimento indi quibusuis horis diei, seu ualeant, seu egrot
sed potissimum mane potum adijcientes: Cepit iam huiusmodi
placere hispanis, sed precipue his qui ab hispanis, et indis, seu

et ethiopibus, aut ethiopibus et hispanis, (eo turpitudinis deuenere
mores, atq; id factus est inter nationes tam uarias circa uitia
consensus) nati sunt parentibus: Parant aliud genus Atolli
quod uocant yztac, siue album eodem quo dictum est modo,
quamq; iam confectum et in uasa unde sorbendum est transfusum
uirenti conspergant chilli; et uocatis Tomame admixta insu
per salis debita portiuncula: solent uero tria hec aqua dilui
et si multis sat esse putetur ingenitus illis humor ut debite inspergi
queant: quin et acidum uocatum Atolli quod xocoatolli Mexicani
nuncupant: solent quoq; parari permixta libra una fermenti,
seu masse acide libris binis Maizij quemadmodum diximus emolli
ti, atq; contusi: fermentum autem parabitur si capias maizium nigrum,
et conficias massam ex illo quemadmodum dictum est, quatuorq; aut
quinq; diebus seruaueris donec acescat, et tunc demum per triduum
ris, ut Atolli gratum quendam contrahat acorem, mox in uas trans
fusum sali et chilli conspergatur, atq; ita demum ab egrotantibus
matutino sumatur ut corpus extergat, urinam euocet, atq; aluum
expurget; hoc eodem fermento ex aqua frigida resoluto atq; epo
to corpus refrigeratur, aut per uehementem estum, aut cum ex
itinere aut labore quispiam aut defatigatus sit aut uehemen
tius concaluerit; aut quando renes ita uruntur, ut lotium uri
narios meatus lancinet atq; exulceret: At Album Atolli quod
mexicani yolatolli uocant ad hunc modum conficitur: Decoctum
maizium ad eum qui dictus est modum sine calce tamen aut
alterius rei admixtione in pultem efformatur, permittitur re
frigescere ac liquatur aqua ut bibi comode possit, ueluti accepta
tum de quo paulo ante sumus loquuti, sitim hoc dicitur extin
guere quomodolibet excitatam, atq; precauere ne plus quam opor
teat epotauerint aquo lędantur: At Chilli Atolli, Atolli chilli

permixto (ut nomen indicat) paratum ueluti precede
conficitur sed cum semicoctum est permiscetur chilli ina
eliquati ea portio qua gratum faciat ei qui eo est usurus
mo mane assumitur contra frigoris molestias, corroborat
triculum, firmatq coctionem, pituitam adherescentem ext
et renes quibusuis euacuatis impedimentis emundat: Pa
et Hechil Atolli, seu Atolli cui est chilli permixtum, et
ueluti reliqua genera sed additis predictis semicocto ea
ne qua gratum fiat sorbituris, calidum itaq innatum uigo
ac uenerem excitat: Est et aliud Atolli genus Ayocomoz
dictum quod est Atolli cum phaseolis fragmentisq massei
dem maizij, quod fit phaseolis integris incoctis, cum i
ne est confectum et cum semicoctum fragmentis massei
zij chil Atolli permixtis, adiectaq herba epaçotli de q
suo loco: Nutrimenti id optimi et pergrati uicem presta
epaçotli gratia sanguinem acrudis humoribus expurga
tt potuisset chiamatolli ad caput chian differri sed nom
fere idem adhortatur, ut predictis differentijs huius po
nis nunc primum interseratur: paratur ex semine ch
torrefacto in patina, seu uocato comalli mediocriter ac
de leuigato, atq ita in annuos usus recondito, nam cum u
uere opus est permiscent puluerem aqua agitantq done
densitatem nanciscatur, que possit palato placere: Sunt
hauriant hanc potionem simplicissimam: Sunt etiam qui p
chilli inspergant, absq eo calorem febrilem extinguit, aut a
ex causa suscitatum, iter agentibus ac precipue feruentibu
gioribus opitulatur, et quibusuis alijs qui eo nutrimento utu
libenter: Fit et aliud potionis genus dictum chiantzotzo

ci, semine quodam maiusculo de quo suo loco eodem modo quo pre
cedens parandum et eosdem usus prestans, sed semen preparatum
celerrime uetustati solet sentire incomoda, nec adeo frequens
est in usu: paratur quoq; Michuauhatolli, idest Atolli sementi
ferum ex michihuauhtli de quo etiam dicato loco, torrefacto hoc
semine et redacto in leuorem, cumq; exposcit occasio in aquam
coniecto ea mensura que nullam afferat spissitudinem et densi
tatem et inspersa melle Metl cocto, (tria enim mellis genera
ut suo loco dicemus ex eo conficiuntur) extergit renes, et urina
meatus, neruorum scabiem curat epotum abstergenti qua pollet
ui: et est frequens his sic genitibus cibus: fit insuper ex Maizij
parua quadam portione maiori autem siliquastri aridi leuiga
tiq; commixtis addita herba epacotli quod uocant Chilatonil atolli
admotis igni simul omnibus donec et herba percoquatur, quod bre
ui euenit ingeriturq; calens, et id potionis genus uenerem ex
citat, euocat urinam et menses, calefacitq; uniuersum corpus
et roborat: sed neq; silentio preterire decet ~~...~~ Ylaxcalatolli
quod paratur ex Maizio contuso, et efformato in placentulas tres
digitos latas crassas, in comalli uocato, his postq; probe deco
cta sunt cortex diripitur, mica teritur ac rursus in frigidam
proijcitur in panniam reponitur agitaturq; donec cogi incipiat
tunc extracta atq; in uascula cocleari digesta sorbitio epo
tatur que defectas uires mire reficit, ac fouet, quin et essi
ca ipsa maizij detractis granis usta atq; in cineres redacta
yollo atolli uocatum parari consueuit; teritur etiam hec parsq;
una tribus maizij partibus permiscetur, rursus uero teruntur
similiter omnia, atq; ex eis ad ignem Atolli paratur postq;

ad spissitudinem usq; percoctum sit, [illegible] pulentae densitatem m
enim in uasa digestum conspersumq; chilcoztli sorberi sol
haud inutilis his qui nimio sanguine aut flamma redundan
fit etiam ex Maizio et lixiuio uulgari percocto quod uoc
quauhnexatolli quoniam ex arborum cinere conficitur, h
eo extractum ablui expedit (in lixiuio enim quamdiu op
manens emollitur expurgaturq; et in solitum atq; a ceteris
distantem ita mutatur saporem) teritur postea et ut reliqua
coquitur donec iustam adipiscatur spissitudinem, atq; ita d
deuoratum expurgare dicitur sanguinem, neq; aliud aut me
menti aut nutrimenti usum prebere: sequitur Izquiatolli qu
torrido paratur maizio contusoq; sed cum iam decoquendi il
pus est Maizij decocti modici adjiciunt portionem et omnia
tant quandiu opus est, ut iustam spissitudinem acquirant, et
tandem insperso potatur ab ijs qui ob cordis imbecillitat
atrae bilis redundantiam merore plerumq; afficiuntur: Est
atolli quod ex blitis rubeis fit ingeriturq; insperso melli
terea Michiuauhatolli. quod ex Michiuauhtli paratur pr
nempe blitorum genere, quod symphoniam auaricitati c
quidam uocant, De polenta uero pulticumq; generibus qu
usa est antiquitas satis ~~[illegible]~~ dictum est ab alijs: nos enim
nouo orbi sunt familiaria, nec dum ueteris satis cognita
perspecta scribenda sentimus:

De Modo parandi panem ex Maizio Cap: xxxxi

Emolliunt eo quo diximus modo maizij grana, mox pinsunt
palmis uerisq; admotis efformant tenues, ac ambitus medio cir
cenulas, quas statim ut oportet in comalli carbonibus coqu

imposito, et hic est uulgatior, frequentiorq; parandi panem ex maizio modus; sunt qui triplo et interdum quadruplo maiores efficiant, nec desunt qui et crassiores; sunt qui efforment globulos peponibus similes et in dolia iuxta focum posita conijciant decoquenda permixtis interdum phaseolis, atq; eis non citra uoluptatem uescantur; molles enim admodum sunt, concoctu faciles, et grati saporis; Alij hos in dodrantes usq; producunt, et quatuor digitorum crassitudinem admixtis phaseolis in patinis seu comalibus assantes; At proceribus indorum placentuli parari solent ex collato maizio adeo exiles pureq; ut translucidae pene sint, et a papyro interpollatiore tenuitate minime uincantur; Item orbiculi parui ex collato maizio qui et si crassi, tamen omnino uidentur tranlucere, uerum haec ad diuites tantum, heroasq; pertinent; nec est insuauis ille panis qui barbacoa paratur, ac coquitur; Id enim quos chichimecas uocant, gens fera barbara atq; indomita a Mexicana urbe in septemtriones non plurimum recedens ac per montana campestriaq; pellibus tantum quasdam corporis partes tecti errabunda, ac uaga scytharum more; aut brutorum pecorumue, uenatuq;, et aucupio et quarumdam siluestrium, ac sponte nascentium arborum fructu ubi sors tulit uiuentes: cum carnes libet coquere scrobes in ipsa terra effodiunt, mox ignitis lapidibus sternunt, medias collocant carnes frumenti indici massa obuolutas, ac demum similibus saxis, et terra obruunt tamdiu ibi manere permittentes quamdiu intelligunt sufficere exquisite decoquendis: Decoctas extrahunt, eisq; et pane ad predictum modum parato:

non sine magna uoluptate atq utilitate utuntur in cibis: des
xit iam dum ad hispanos Mexici degentes hic mos, ut et huius
sumere possemus experimentum, nec nos aliquid lateret quod a
litias, et gloriam grahamus palati spectare posset: quid quod
ipsas torrefaciunt appositas prunis, aut incoquunt carnibus e
modo granis iucunde uescuntur.

De Xocotl seu Aqua Maizy Acida: cap: xxx

Solent etiam ex aqua et Maizio iam emollito, ac in Massam
cto per noctem simul manentibus parare xocoatl, seu aquam
dam, inde matutino tempore expressam urinae ardori extingue
ac calori enim uis contemperando mirabilem, si dicem plus min
unciarum pondere continuis aliquot diebus ieiuno adhuc uentr
epotetur; cuius rei admonendum lectorem e re mea fore quog
tam: nec solum est usus fructus; nam et culmi eius, arundi
torrefacta et redacta in puluerem ophiasi egregie medentur
oxitl seu resina misceantur:

De Tritico Michuacanensi cap: xxxiii

Vidi apud Michuacanenses Nostras triticum, sed tanta natur
ubertate, ut quae uis spica ternas quaternasue alias ueluti
grans producat; quod non iudicaui indignum hac historia, d
nec linum etiam europeum apud eamdem gentem prouenire cu
nondum usus nouerant

De cui cuitlapilli cap. xxxiv

Non ob aliud herba haec cuicuitlapilli nuncupatur quam quod radi
fundat paruarum glandium magnitudine et forma, binas, ternas
&c, quibus prodeunt fibrae caudis similes, est enim cuicuitlap
cauda

cauda Tlacuatzin defossa terre) ergo ex ea radice prodeunt caules tenues, teretes, purpurei, ac dodrantales, folia per intervalla, oblonga, serrata, ac mediocris magnitudinis, semen autem in summa caulium parte hoc est bina granula coriandri forma, et magnitudine, binisq; paruis testiculis similia; Nascitur unaqueq; planta seorsim in collibus ~~mollibus~~ agri Tepetlaoztocensis, Radix quae est intus candens, extra vero nigra propinatur resoluta ex aqua semiuntiae pondere aduersus febres: necnon ad splenem comminuendum, tametsi frigida sit, atq; humens, aut saltim spectans ad mediocritatem, dulcis siquidem percipitur:

De cungariqua cap: XXXXV

Volubilis genus est cungariqua, ac herba lentos fundens ramos, et aliqua ex parte purpureos, teretes, leues, ac tenues, folia longa, et angusta, multis neruis discursibus insignia, flores purpureos, et siliquas teretes, ac tenues, dodrantemq; et quatuor untias longas, referentes semine albo, et orbiculari, radicem vero crassam, candentem, longam, et capillatam, prouenit apud editiora loca, calidaq; michuacanensis regionis: ubi cancrosis. mederi pudendorum ulceribus aiunt, semen tritum atq; epotum ex aqua dicitur odium excitare eorum quae prius summe erant cara; Radix insigni caret sapore, et si in dulcedinem nonnullam inclinet, nec non et siliquae, semenq; frigida videtur natura, et ad temperiem attinentes:

De quaquahutzonaic seu trunco secto cap: XXXXVI

Quaquahutzontic quam yztacpatli seu candidam medicinam

hoitzocenses uocant, Alij quaquauhton seu truncum paruum, Ali
uero coatzonticomatl ob formam radicis rotundam, Alij uero
huehuelicaton, herba est folia pyri ferens, utrag parte caulis
singula circa nodos orientia; caules cubitum fert longos, et te
tes, fructum siliquastro uocato dum adhuc uiridi est persimi
sed tamen spiniferum, et argentea lanugine refertum, ac se
ne albo contuso, radicem uero obrotundam nucis inglandis
gnitudini, capillatamq; Nascitur campestribus locis feruen
regionum: Radix saporem prefert ex amaro et dulci perm
ac uim non sine partibus quibusdam calidis frigorificam, et
cam, succus radicis medetur oculis inflammatione laborantib
eadem radix quae pepones sapit in leuorem redacta, pota
aqua semiunciae pondere quater quinquies ue furunculos to
pori innascentes curat; tusa et applicata dolores antiquos capi
mire sanat; febres mitigat, urinae calorem temperat, uian
eius ulcusculis mederi solet, et dolores uentris sedat.

De Ionalxochitl ocoituccensi cap xxxxvii

Ionalxochitl ocoituccensis quam Alij Ionocaxochitl seu flo
cum sole prouenientem uocant, herba est duas habens diff
rentias, prima folia fert ocimi sed longiora, et minime serr
caules uolubiles, ac per interualla duorum palmorum flores
gnos, longos, intus luteos, extra nonnihil candiscentes, ac circ
labra quae fissa sunt purpureos, luteis capillamentis intrins
eus procumbentibus, flores capparos uocatos olent, atq; dulci sa
re constant; radix uero surculosa est, Nascitur quibusq; re
nibus ac locis montosis amplexans arbores, et si cultura ad

pepere

campestria hortensiaq; solet interdum discendere. Tempe
ries est mediocris, aut in frigus paulisper inclinans, quamob
rem pugilli mensura ex aqua ordeacea ciceribus'ue epota ex
tinguit febres, et herisipelatis confert admota; humida enim
quoq; est, et glutinosa natura: Alia uero Tonalxochitl quam yx
tae tonalxochitl uocant a florum candicanti colore, qua in re so
la a praecedenti differt ~~cum~~ facultate ac cetera forma ei est om
nino similis:

Axochiatl

De [redacted] cap: xxxxviii

Axochiatl quam alij [redacted] Tonalxiuhitl seu Tonalaxochiatl;
alij uero netzahualxochitl uocant, Herba est folia salignis pro
xima ferens, caules aliquantisper purpureos, florem oblongum, et
luteum, et in uasculis longiusculis semen; radicem uero rapha
ni, fibratam; temperatis prouenit plagis qualis est Mexicana, aut
paulo frigidioribus qualis est Amaquemequensis, quibus uis in
locis, assurgit cum primis aquis, et floret cum postremis, unde
uocata est Xochiatl seu flos aquae: Radix est paulisper dulcis,
sub amara glutinosaq; natura, ac frigefacientis, humectantisq;
temperiei: folia tusa ex aqua epotaq; pugilli mensura aut
corpori illita febrem dicuntur extinguere; mederi lassitudi
ni, diarrheis, ustionibus ulceribus internis atq; externis, re
num ardorem mitigare; et corpora fulmine contacta fouere.

De Coen seu Coentic cap: xxxxix.

Herba Coentic caules profert tenues, teretes, et uolubiles, fo
lia per interualla terna, quorum singula quatuor magnis si
nibus diuisa sunt, siliquas quinq; uncias longas, ac minimum
digitum crassas, refertas granis compressis, Lentium forma,

radices

radices sunt obrotundæ tres quatuorue fibratæ, et ueluti funic
lis appensæ, dulcis et grati saporis, quo xicamam uocatam ui
dentur imitari, nec omnino improbati nutrimenti, frigida tem
periei constat, et medetur febribus, siliquæ uero tusæ, atq in
positæ, scabiei, cortex radicum fluxionibus obsistit; Sunt et
aliæ herbæ eodem nomine de quibus suis in locis dicetur:

De Matlalyztic Tetzcocana cap. L.

Matlalyztic herba est folia crassa plantaginis forma haben
serrata, raraq; et circa exortum haud dissimilia arundinea
minora, et subalbescentia; caules geniculis singulis quibusq u
tiarum spatijs interceptos, teretes, hirsutos, digitum crassos ac
duos dodrantes longos: flores cyaneos calycum forma, et precip
iuxta caulium extrema; Triorchis uero radices cuius est p
regrina quedam differentia, sed paruas, et multas: Nascitur
montibus Mexicanis: Radix discutit tumores preter naturam
a causa calida ortos tusa, ac applicata, aut deuorata duarum
dragmarum mensura humorum impetus coheret, sanguinis re
primit redundantiam æstumq refrigerat, cortice tegitur crass
dulcisq est non sine quadam amaritudine quo fit ut fla
excitato adiuuet uenerem:

De Tlalcacauatl seu yztacixpatli cap. LI.

Herba est Tlalcacauatl per terram repens radicibus a
xa orbicularibus, aut oblongis, multisq, quibusdam ueluti
niculis adalligatis, unde prodeunt caules, et in eis folia t
na, orbicularia, et parua; flosculi in extremis ramulis p
ui, coccinei, et modicis caliculis contecti, prouenit tem
ratis regionibus, ubi sunt qui yztacixpatli uocent, seu c
oidum

candidam oculorum medicinam, quod illis succus plantae huius sit utilis; Radix frigida et humida natura constat, dulcis est, febremque extinguit untiae unius mensura devorata; diarrheas infantium compescit, tussim sedat, et ulceribus in pulverem redacta opitulatur. Succus vero oculis inflammatione aut perturbatione tentatis dicitur prodesse:

De Izicatzonetecomatl seu capitis formicae cap: lii.

Herba est Izicatzonetecomatl folia lini exilia ferens per intervalla agminatim exorientia iuxta quedam velut verticilla ad foliorum exortus prodeuntia, ~~caules tenues~~ florum vice qui lutea sunt, caules tenues, radices vero longas, tenues, fulvasque ac fibratas, provenit Ualticapam ubi sunt qui Uaelpatli vocent, Radix est dulcis glutinans lancinansque, folia vero frigida et glutinosa, haec levigata infusaque inveteratis medentur plagis, ius dicocti exibetur enixis, ac passis lassitudinem corroborationis gratia; talis est indorum mos, sunt qui dicant pediculos illitum perdere, ac dyssentericis potum mederi:

De Acuitzehuariracua seu herba adversa venenis cap: liii

Plantam quam Michuacanenses apud quos nascitur Acuitzehuariracua vocant, alii a frigida temperie, et radicis candore chipahuaeyzcic vocare solent, alii vero ab ipsa facultate venenorum hostem, antitodumve: nec desunt qui vocent huichocatagua: Mirabilis ergo planta haec herba est folia rumicis ab ipsa statim radice prodeuntia ferens; caules rotundos, sesquidodrantem longos, teneros que: et in eorum suprema parte flores parvos, ex candido rubescentes, et in orbiculos coacervatos, radicem vero orbicularem malo cotoneo parvo forma, et magnitudine simili, sed candido intus colore, extra vero fulvescente: Regionibus quibuscumque

prouenit temperatis, aut paulo calidioribus humentibusq; ac planis
locis: Radix cuius est præcipuus in medicina usus, equali aut
paulo frigidiore et humidiori natura constat, sapore grato, et d
succus eius stillatitiusue liquor epotus qualibet mensura febri
ardores sedat, cor corroborat, uenenorum promptissimum tutissimu
est Alexipharmacum, uenenatorum ictuum, et maxime scorpio
resistit ueneno; Alexiterijq; presentissimi uicem [illegible] subit
presertim si radix quoq; ipsa tusa malagmatis, aut emplast
loco imponatur; renum ardorem extinguit, urinæ obtundit
acrimoniam, excitat appetentiam, tumores faucium, ac pector
dolores sedat, et mira quadam ac occulta proprietate morboru
omnium quocunq modo eũ utari remedium est; Audio alteram
huius herbæ speciem nasci apud Michuacanenses bacharis foli
uquiro uocatam ab indigenis: Alijs uero Surcionera quam
adhuc mihi uedere non contingit:

De Ilalchipillin hoexotzincensi Cap Liiii

Herba est Ilalchipillin folia origani fundens nonnihil serrat
caules sesquidodrales teretes, ac tenues, flores candentes, i
quibus demum uascula progignuntur quæ hiantur, semen
dum, rotundum, ac exiguum ostendunt, radices uero fibris
miles: prouenit imbrium tempore circa loca humida regio
hoexotzincensis: Radix est nonnihil calida, et saliuosa nat
eadem duarum dragmarum pondere deuorata omnes humores
citur eximie per inferna purgare, estq; huiusmodi pharm
cum apud indigenas habitum in magno pretio:

De Iotoyexitl cap. Lv.

Iotoyexitl uocata herba quod producat folia passaris pedib
similia,

similia, sinuosa nempe; et in quinque, aut plures cuspides more quin
que folij, aut eptaphilli diuisa, Atotonilcenses uero coxtlatla
pan eamdem appellant, quoniam more ceterarum herbarum huius
nominis sese uicinis ramis aduoluat: radicem fundit ouis galli
narum, pirorue forma, et magnitudine similem, lacte affluentem,
ex qua caulem profert teretem lentum, repentem humi, et in
eo qualia diximus folia: florem maluae purpureum, sed minorem
temperato frigidoue gaudet celo, augustoque aut Septembri mense
floret, Radix quae calidarum est uirium et grato sapore constat
tusa atque ex aqua untiae unius pondere deuorata uniuersos in
ferna parte humores citra noxam, aut ullam molestiam purgat:

De yztacololtzin chullulensi cap lvi

Herba est yztacololtzin radici insistens scamoneae simili, ad
cuius speties fortasshis pertinet, ac pariter lacte manante, un
de caules educuntur uolubiles, et in eis folia predictae herbae ha
ud dissimilia, sed auriculis magis falcatis, flores oblongi ex albo
rubrescentes, et in uasculis quibusdam contenti; prouenit ~~circa~~
circa loca arenosa regionum frigidarum, qualis est chullulen
sis: Radix dulcem saporem preferre uidetur et tamen semi
untiae pondere deuorata bilem ac pituitam euacuat:

De Cocobut Panucensi cap: lvii

Cocobut panucensis herba est folia persici ferens, sed laniora,
et crassiora, caules uolubiles, ~~flor~~ radicem orbicularem paruae
pilae forma, et magnitudine teneram, dulcem, ac iucundi saporis,
florem ac fructum ut referunt nullum; Radix applicata bubo
nes maturat, et rumpit, ceterosque preter naturam tumores,
deuorata uero urinam euocat: pellit capillos, menses immo
dicos sistit. apposita fronti medetur hemicraneis: pota

aut applicata resistit uenenis, et uenenatis morsibus, quam ob[...]
maximi habetur apud indigenas: nec facile extorta sunt ab e[...]
eius uires:

De Axochiatl Altera cap lviii

Axochiatl quam alij Cuaztalxochitl seu florem capitis [...]
dentis. Alij uero Ecxoxolin uocant, Herba est folia ac r[...]
dicem ceparum narcissiue cuius uidetur species fundens
caulem, et flores omixochitl ueré producentes sed
longe maiores, Mexicanis prouenit agris, lubricitatem qua[...]
dam cum amaritudine participat, ac nonnullum calorem, tu[...]
ribus pedum et [...]ctis aiunt auxiliari, tumores preter na[...]
turam pellere, nomasq, et depascentia ulcera, radix le[...]
gata, et semiuntia pondere ex aqua bibita dyssenterias
coheret, succus uero eius si tantundem urina humana
misceatur et naribus instilletur sanguinem fluentem si[...]
addunt alij aurium dolores sedare, mensiumq, fluxum sist[...]

De ychcacalotic seu uase gossypino cap lix

Ychcacalotic quam alij Ilapan quipatli seu medicinam [...]
fractam uocant, Herba est folia obrotunda, ac in orbem [...]
cumacta proferens undulata, sena, subalbidaq, preter ali[...]
quaedam minora, et albidiora cauliculos tenues, et breues, e[...]
in summa parte exiles flosculos, radices uero capillis si[...]
les, quibus saxis adheret, Nascitur in montium accliuibu[...]
humidisq, calidarum regionum locis, qualis est Dahuat[...]
xensis, Lychenis species esse peregrina, frigida, humidaq[...]
eodem modo natura constans, uerum edulis ac dulcis saporis
febres extinguit, et tumoribus preter naturam repulsu confert:

De yexochitl seu flore yetl cap lx.

Yexochitl, quam alij eloxochitl seu florem eloti. Alij uero coçauhquixochitl seu yexochitl pallidam uocant, herba est magnam agens radicem, interaq; candentem, cui uelut funiculis quibusdam longioribus appendent quinq; aut sex radices aliae, porcinis renibus haud absimiles, sed aliquanto maiores, fibrataq;, multos hec fundit caules, sarmentosos, quadratos, et geniculis interceptos, striatos. et quaternis distinctos canaliculis, e nodis oriuntur ramuli folijs blito similibus referti, flos est oblongus, et luteus, unde nomen, quem profert per estatem fumo redolentem: prouenit regionibus frigidis, et montosis locis qualis est ager xochitepecensis: Radix est dulcis eduliseq; ad temperiem pertinens, aut paulo frigidior, succus eius inflammatis oculis dicitur opitulari, ac ius decocti dyssenterijs. puluis uero inspersus curat ulcera oris, et reliquorum membrorum potissimum si distemperies calida adiungatur:

De quamiauatl seu spica arboris cap lxi.

Quamiauatl quam alij tlamacazypapan seu capillum sacerdotis uocant. herba est radici innixa capillatae, et rubrescenti, unde micant caules eius ~~[illegible]~~ sedi quod recentiores uermicularem uocant, cui similis esset ni folia apparerent tenuia, Thytimalo paralio etiam assimilis est, in cuius (ut coniecto) differentias referenda, quamq; rami ecaulibus araneci prodeuntibus rursus oriantur, quod in paralio fieri non uideo, cuius gratia et describendam, et depingendam curaui, et si non dubitem aut eandem cum eo esse solis natalibus distantem, aut saltem congenerem, nascitur saxosis montanisq; Tepoztlani locis, et in hortis quoq; medicinae causa seri consueuit: Hec tusa ad motaq; capitj folia

capillorum ubertatem procurant, quod etiam prestant reliquis corporis partibus admota in quibus pili solent oriri, omnes hum
res uacuare narrant deuoratam herbam ex aqua duarum dr
marum mensura, sed pituitam precipue, atq ita mederi cac
chicis, hydropicis, morbo gallico, aut articulorum doloribus op
pressis, et orbatis motu, sapore caret insigni, et si uirus q
dam spiret calidi tatem ostendens:

Libri Tertij sectio secunda ~~sapores~~ herbas Acerbum, Austerum, acidumq prebentes sapores insipidasq continens:

De Texochitl seu flore herois. cap. 1.

Herba Texochitl caules fundit multos, tenues, teretes, lentos, uirides, et interdum flauescentes, refertos folijs o
moidis, hirsutis; et flores purpureos, et exiles, paulo ant
estatem emicantes, radicem uero teneram, et tota planta d
plo longiorem, lacte manantem, intrinsecus candidam, et ex
trinsecus fuluam, prouenit gelidis regionibus frigidaq co
stat natura ordine secundo, et ideo trita epotaq ex aqu
quatuor ~~quatuorum~~ scrupulorum pondere sitim extinguit, lin
guam humectat, ac lenit, et nimium extinguit calorem
aestuantiq iocinori remedio est, quin etiam aduersus u
nena pollet, et eorum perfringit uim:

De Acacoyotl cap: ii

Acacayotl seu Arundo uulpis herba est caulem prolixum
proferens arundinaceum, pollice crassiorem, et exaturat
uirore nitentem, folia ampla, pinguia, longa, et mult

exilibusq interuenijs, in obliquum adorso in utramq partem di
scurrentibus; flores in corimborum formam compositos iuxta
caulium cacumina, longiusculos, aurei coloris, et pulchros spe
ctatu, equorum singulis prodeunt semina fusca, dura orbicu
laria, ponticis nucibus paulo minora, quorum gratia nostri
ad quos iam diu ferri cepit Lachrymae Mosi nuncupare so
lent. Nihil uero habet insigne preter spectandam amplitudi
nem foliorum, aureos flosculos et semina uisendae rotundi
tatis atq duritiei, prouenit temperatis locis aut paulo cali
dioribus

De Acaxaxan seu planta palustri et lenta
que statim comprimentibus cedat digitis, cap 3

Herba est Acaxaxan iuxta riuos ac lacus proueniens, ac folia
similia potamogeto, cuius uidetur species, ferens, postremo rubre
scentia; caulem gramineum, arundinaceumue, et eodem modo ge
niculis, internodijsq distinctum; florem coccineum, et paruum;
radicem uero longam, et circa geniculos fibratam; Duas huius
plantae reperies differentias, uiribus formaq persimiles. Pro
uenit utraq temperatis regionibus, aut aliquanto calidioribus,
qualis est Mexicana iuxta palustria, et aquosa loca ubi sunt
qui Tochnacaztli seu dasipodis auriculam a foliorum simili
tudine utramq uocent: Ambaeq frigefactoria humentisq natu
ra constant, febres sedant, dyssenterias curant, animi deli
quio subueniunt, uanos timores pellunt, languenti cordi opi
tulantur, scabiemq sanant:

De

De Atehuapatli seu herba nascente iuxta rivos Cap: iiii

Atehuapatli quam alij Ahuatzpatli et tlatlauhcapatli voca[nt] herba est folia ferens bina, obrotunda, hirsuta, serrata, in[…] ni rubea, atq[ue] squalentia, deniq[ue] urticae proxima, papaver[is] rheas sapori imitantia; caules hirsutos, teretes, purpureo[s] dodrantales, radicem vero teneram, longam, ac capillatam a[…] appendent tenui quedam, illinc piperis longi formam ~~imita[…]~~ ~~tes~~ emulantes; nascitur quauhchinanci, et copitlani locis te[m]peratis circa saxa: frigida et humenti constat natura[…] sine quadam adstrictione: Radix epota fecunditatem procu[…] rat praecipue si cum vocato chilatolli sumatur, et abortum prohibet;

De Atlancanc seu herba aquosis locis provenient[e] Cap: V.

Herba est Atlancanc folia pene saligna proferens, caule[s] longos, teretes, leves, fulvos, cavos, ac repentes humi, nec pennis anserum crassiores, flores in postremis ramulis oblongos vasculis fulvescentibus persimiles, radices vero surculosas. quae frigida, et sicca natura constant: laxa ad stringunt dyssenterias cohibent, ac ceteras pene defluxio nes eodem modo coherent;

De Cicimatic seu planta cimatl simili Cap vi

Cicimatic herba est Hapo similis, radice fibrata, e qua prod[e]unt caules volubiles, et rubei, ornati folijs ternis, cordis figura, similibusq[ue] ceteris phaseolis quorum est species, ac siliquae m[…] diveres, ex purpureis, ac velut racematim dipendentibus flo[…] ribus: Nascitur in calidis ac temperatis regionibus qualis est Mexicana: Temperies est frigida et glutinosa: Radix trita

inspersaq[ue]

inspersaq ulcera curat, abstergit enim illa, et cicatricem obducit, quo fit ut palancapatli, seu ulcerum medicina a plerisq. uocetur. oculis tentatis inflammationi mire confert, pubes et supercrescentem carnem discutit; fluxum aluj coherces, tussi auxiliatur, et enixas corroborat. Jus uero decocti radicis opitulatur dyssentericis:

De Coatzonte coxochitl cap. viii

Herba est coatzonte coxochitl folia fundens iridis sed longiora, et latiora, caules tenues, uirentes, breues, lenesq. flores capitibus serpentum similes, unde nomen rubeoq colore punctis tamen interstincto candido et pallescente promiscue micantes, radices uero oblongas, ac precoci ficui adhuc uirescenti ualde similes, uirentes, striatas, ac contortas, calidis prouenit, et interdum etiam temperatis regionibus iuxta rupes, aut arborum truncis adherescens; licet iam ad hortos cultaq loca descenderit, uiridariaq exornet, in quibus excolitur deliciarum ac florum gratia, est enim flos forma spectabilis liliacei odoris, et quem uix quispiam possit uerbis exprimere, aut pennicillo pro dignitate imitari. A Principibusq indorum ob elegantiam et miraculum ualde expetitur et in magno habitus pretio, blanditijs et cultura non eget. Sed unica radice fecundissimus fit prouentus: ex hisce floribus e quae alijs pre cedentium quarundam herbarum congenerum huic, et rubro maizio parabantur principibus indorum placenta, quas edebant contemperando uentriculi calore, siue is accidisset a solis aestu sub cuius radijs contraxissent moras, siue ab alia qua uis

in terna

interna externave causa, frigida siquidem humenti[illegible] constat temperie.

De Coaxihuitl cap. viii

Coaxihuitl seu herba colubrina, quam nonnulli chalcuitlat[illegible] uocant, folia profert hyperici minora tamen, et minime crib[illegible] ta, flores purpureos, oblongos, calyculorum figura iuxta singu[illegible] los foliorum exortus perpetuo caulium procursu: caules ru[illegible] bros, tenues, et teretes, duos longos cubitos, radicem uero crassam, fibratamq. Temperato gaudet celo, locisq montosi[illegible] et septembri mense floret; saporis est, et odoris fere exper[illegible] frigidaq et glutinosa natura, Jus decocti radicum medetur dissentericis Asemati opitulatur, dolorem sedat, febres restingu[illegible] ac naribus instillatum fluxum sanguinis cohibet.

De coyolxochitl cap. ix

Volubilis herba est coyolxochitl folia habens arundina[illegible] cea, sed breuiora, aut minori plantagini similia, eodem[illegible] modo distincta neruis secundum longitudinem discurrenti[illegible] bus; caulem teretem, lenem, purpureum, et pennam anserin[illegible] crassum; flores extremo caule aceruatim adherescentes, c[illegible] lycum forma spectatu pulchros, et e rubro in uiridem tenden[illegible] tes colorem, punctisq quibusdam uariatos, intra quos late[illegible] semen compressum, ac rotundum, liquor expressus e floribu[illegible] qui frigida et ~~humida constant natura~~ [illegible] lubrica con stant natura, et si partes calidas, acresq nonnullas con tinet sanguinem narium sistit: radicum uero succus extinguit febres, punctis medetur, ac dyssenterias cohibe[illegible]

usus

usus est etiam florum in contexendis, et ornandis corollis, prouenit sub clementi celo quale est Mexicanum campestribus, cultisq; et hortensibus locis ubi solet haberi indelitijs

De Culiriqui seu Matlacaça Cap: X:

Quam herbam Culiriqui Michuacanenses uocant, Mexicani Matlacaçam nuncupare consueuerunt, hec folia betonicæ alkibi fert, leuia, sed minora et exiliora, caules leues, purpureos, teretes, ac per interualla geniculatos, flores luteos siliquasq; oblongas trigonæ refertas semine, haud absimili sinapino, radices uero modicas obrotundas candentes fibratas cepis paruis similes, et nigra quadam membrana obuolutas, Nascitur regionibus frigidis chimalhuacanj chalcensis, saxosisq; et asperis locis, Radices frigida humidaq; constant natura, ac xicamarum sapore, crude coctæue edules sunt coitum dicuntur excitare, ac extinguere febres Zelotypiam amouere, et conciliare coniugum amorem:

De Huauhquilitl seu olere semine in eristam compositi cap: XI

Reperies in hac noua hispania plura atriphcis agrestis genera, quæ uniuersim hoauhtli, seu hoa hoauhtli uocare Mexicenses consueuerunt, et in hortis suis atq; uiridarijs magna cura serere atq; excolere, qualia sunt tlapalhoaquilitl seu Vlapalhoauhtli, radice crassa, breui, et fibrata, unde prodeunt caules rubei, et in eis folia eiusdem coloris oblonga, et serrata per interualla, quæ elixa eduntur, suntq; adeo grati saporis, ut cum ~~[illegible]~~ quadam

grani infirmitate Mexici laborarem nihil cupidius ae ſd
olus aſſumpſerim, eiusue decoctos conditosq, cum oleo, et acet
cauliculos; floribus rubeis, et in Conos compositis; preterea nex
hoautli, viridis tota edulisq, et chichic hoauhtli que ob ama
ritudinem locum non habet inter olera, folijs e viridi purpu
raſcentibus, et coccineis floribus, et alia permulta quorum
nec usus est, nec rationem ullam habendam duxi: pro olere
magna ex parte edunt elixa, Naſcuntur calidis, ac frigidis
locis, campestribus et humectis ſua ſponte, aut in hortis sata,
et culta, frigida et humenti natura constant, aluum emolli
unt, panos apposita discutiunt, semen cum aqua mulsa potum
regium morbum sanat, et uocatos morbillos ad cutem pulso hu
more curat: parant Mexicani e duorum primorum generum
semine globulos, ac potionem michihoauhtli uocatam, qua
utuntur ueluti gratiſſimo cibo: folia tusa, et hoilanqui permis
ta, inſperſaq, dicuntur ulcera abſtergere, carnem generare,
excedereq superereſcentem, et cicatrice tandem obducere:
quin ranam eiſdem inuolutam coctam atq, ingestam prodeſ
se dyſſenteryjs ferunt:

De Metl seu Maguei cap: xii

Metl planta quam Mexicenses Maguei appellant, plures
sunt differentia, de quibus seorsim agemus, incipientes abea
que folia aloes fert, sed longe maiora, et crassiora, arbo
ris enim mediocris interdum equant longitudinem, utrinq,
spinifera, ac in rigidum, acutumq desinentia mucronem, cau
lem triplo maiorem, et in eius parte summa flores lute
oblongos, iuxta cacumen stellatos, ac procedenti tempore
semen

semen asphodellino persimile; radicem uero crassam, breuem, et
fibris scatentem: seritur ex germinibus qui circum circa matrem
oriuntur quouis solo, sed precipue fertili, atq frigido, non enim
tempestatum aut inclementioris celi patet iniurijs, aut per sic
citatem statim marcescet, c multa reprouencens est amplior. plan
ta hec unica quicquid uite esse potest necessarium prestare facile
posset si esset rebus humanis modus; innumeri ~~enim~~ pene sunt usus
qui ab ea desumuntur, tota enim illa lignorum seprendorumq agro
rum usum prestat; caules tignorum, folia uero tecta tegendi imbri
cum, lancium, papyri, filiq ex quo calces, linetea et alia uestium
genera, que apud nos lino, canape, gossippio, alijsue huius modi
parari solent; e mucronibus fiunt claui, et aculei, quibus perfo
randis auribus, macerandi corporis gratia indis uti mos erat,
cum demonum uacarent cultui. Item acicule, acus, tribuli, milita
res, et rastilla idonea pectendis subtegminibus; preterea e succo
manante qui euulsis germinibus internis, folijsue teneriori
bus cultis ~~[illegible]~~ yztlinis in mediam cauitatem stillat planta
unica quinquaginta interdum amphoras, (quod dictu est mirabile)
~~[illegible]~~ uina, mel. Acetum, ac sacharum parantur; succus namq
destillatione fit dulcior, decoctione et dulcior et spissior, donec tan
dem cogatur in sacharum; uinum fit ex eodem succo diluto for
tana aqua additis corticibus malorum medicorum, limonumq; et
alijs quibus facilius inebriantur, quod ea gens maxime affectat,
quasi pertesa rationalis sue nature, et auida sortis brutorum,
atq quadrupedum, e sacharo quod ex eodem succo (ut diximus)
cogitur, parant acetum, nempe resoluto ex aqua, et nouem diebus
insolato: Idem succus menses ciet, aluum lenit, urinam euocat,

renes, et uesicam emundat, lapides frangit, urinaeque extergit
meatus; succus cui incoctae sint piltzintecxochitl et matlal
xochitl radices referunt punctis mederi: e radice quoque reste
firmissimae ad multas res perque accomodae, crassiores foliorum
partes, truncusque decocta sub terra, (quod genus elixandi barba
cum uocant chichimecae) edendo sunt apta sapiuntque citrea f
sta sacharo condita; quin et uulnera recentia mire conglutinant
fit enim succus assatione glutinosus, qui suapte natura frigidu
ac humens est, folia quoque assa et affecto loco imposita conu
sionem curant, ac dolores leniunt, precipue si succus ipse cale
bibatur, quamuis ab indica proficiscantur lue, sensumque hebet
atque torporem inducunt.

De Metl coztli cap: xiii

Metl coztli seu Maguei luteum ab alijs coztic metl, et macoz
tic metl ab alijs huei metl seu magnae utilitatis dictum, species
est Metl sed marginibus foliorum luteis, spinis paruis, et nigri
folijs uero modicis, si cum folijs Metl precedentis compararentur,
caule binos cubitos alto, digitumque lato, et rubro, cum flore c
ruleo pallescenti, cacumen eius occupante; et radice surculos
campestribus locis Mexici nascitur quouis tempore, quamuis
la estate floreat, seritur ex germinibus ortis iuxta parente
Jus trium quatuorue foliorum additis siliquasteris termis frig
tes ac crassos humores per secessum, et urinam paulatim uacua
Idem propinari solet ab Indis enixis mulieribus aliquot diebus
a partu corroborationis gratia; succus expressus ex semiasti
folijs dicitur asthmati conferre: frigida uero constat et lubri
natura.

De Mexcal Metl cap: xiv

Mexcalmetl seu Maguei aptum ut assum comedatur species est Metl parua, ualde spinosa, et uiroré admodum exaturato tincta, cuius folia eduntur assa, et sunt præ ceteris grata gustui: offenditur ea in montibus Tepoztlanensibus:

De Mexocotl cap: XV

Mexocotl seu Maguei prunorum, spinosa etiam plantæ, et ad Metl genera referendæ species est, sed fructu dulci, et acido, multiplici, ac persimile prunis unde nomen, et in orbem indicæ pineæ quadantenus parem composito quapingitur magnitudine, et interdum ampliori, eduli succo pleno, et grati saporis: folia sunt Metl, aut illis potius pineæ indicæ similia spinosa, fulua, ac veluti marcida, caulis uero breuis, teres, ac crassus: Radix fibrosa, crassaq; pruna sunt oblonga, candida, glandibus similia, et ex candido pallescentia, obducta membrana intra quam continetur callus, candens, ac ut diximus dulcis, et acidus, pinearum indicarum saporé referens, seminé principio candido, ac postea nigro, obrotundo et durinsculo: Nascitur in saxosis regionum calidarum Tepecuacuilci: Temperies est frigida, et sicca medetur oris ulcusculis, e caloré ortis, fructus commansus, ac gestatus oré:

De Neguametl cap XVI

Nequametl. seu Mellis potatrix species est Metl alijs congeneribus plantis facultaté similis, rara est forma, folia namq; digiti transuersi paulo crassiora profert, aspera, iuxta latera, ac impensé acuminata ~~[illegible]~~ circa cuspidem, caulem brachij ~~cu~~ crassitudine, cuius cacumen fructus occupat oblongus, pyrorum paruorum forma,

undiq;

undiq; sepiens caulem; Nascitur in calidis; ~~[illegible]~~ sunt alia' quam
plures species, quarum quoniam facultate similes sunt, et for
ma parum differentes nomina, ac nonnullarum partium differen
tias subjiciam. Prior omnium uocatur Mexoxoctli seu Metl virid
altera acinero colore Hexmetl reliquis etiam similis; Tertia q
metl, seu Maguei montanum. squalenti colore fibrata radice e
go crassoq; insigni surculo; quarta Hoitzitzilmetl aculeis lon
purpureisq; radicibus, et spinis: quinta tapayaxmetl, seu Mag
Tapayaxin precedenti fere similis: sexta dicitur Acametl s
Maguei arundineum albidioribus iuxta radicem folijs, et rubesce
bus spinis, atq; radicibus; Septima dicitur Maguei nigrum ob co
rem atrum, quamq; spina radicesq; ex nigro fulvescant; octa
xilometl seu Metl pilosum, rubeis spinis, et radicibus quæ rario
precedentibus quadantenus uideri possunt.

De Tepemexcalli cap: xvii

Tepemexcalli, seu Maguej Montanum aliud forma Metl constat,
tenuibus spinulis, contusa, aut deuorata, illitaue curat eos qu
artus motu priuati sunt ob neruorum conuulsionem, montosis
sisq; locis gaudet calidarum ~~regio~~ regionum, qualis est Tepoztla

De Tlacametl cap: xviii

Tlacametl seu Maguei luteum hæc etiam est species Metl cade
pene forma, et uiribus quibus cæteræ, et eisdem quoq; usibus
inter reliquas uigorem ac robur addit feminis imbecillibus, a
syncope tentatis: nomen habet a Magnitudine.

De Theometl cap: xix.

Theometl seu Maguei diuinum, species Maguei inter nume
alias

alias quae reperientur, eadem pene facultate, et forma, longa radi ce fibrataque, et exilibus spinis, duas spithamas longa sunt tantum folia: succus vero epotus, aut illitus febres extinguit, Nascitur in frigidis, et calidis locis, editis, atque campestribus:

De Pati, seu Metl tenuissimo cap: xx.

Pati seu Metl, ex quo fiunt tenuissima fila similis est Metl sed folijs angustioribus, minoribus, et tenuioribus, magnaque ex parte purpurascentibus, et radice fibrata, crassaque: species est nocatae pitae parantur ex ea fila tenuissima, in magno habita precio, pannisque lineis preciosis texendis aptissima:

De quetzalychtli Cap: xxi

Quetzalychtli, quam alij Metl pita vocant, ad species Metl uide tur posse referre: assurgit in arboream altitudinem, radicem fun dit crassam, fibratamque, et sensim gracilescentem: folia vero spi nifera, et Metl similia: fit ex ea quicquid ex Metl fieri con suevit: sed ex eius filis delicatiores et maiori in precio habita pa rantur vestes; provenit in calidis quauhquechullae et Michuacani:

De xolometl cap: xxii:

Xolometl seu Maguei servi, species est Metl, tribus veluti or biculis agregatis, radice constat firmata, et fibris aucta rubre scentibus, unde proferuntur folia coccineis horrida aculeis ra ris, et amenis adusque mucronem procedentibus succus foliorum expressus ac bibitus decem untiarum mensura universi corporis dolores, et precipue articulorum tollit, ac motum impeditum resti tuit; verum quo bibitur tempore corpus est magna cura operiendum nascitur Huexocinci iuxta fauces fluminum:

De Ocoloxochitl seu flore Tigris cap: xxiii

Herba est ocoloxochitl folia fundens gladioli, nerveis discur-
sibus densis, et secundum longitudinem procedentibus; florem
rubrum, magnum, ternis constantem folijs, sed circa medium pa-
lentem, albumq, et tigrinae pellis more maculatum, unde nomen
additur in corollas, floridosq manipulos, ob floris praestantiam; Ra-
dix vero porracea est, quae frigefacit, ac febrem extinguit unc-
ius pondere ex aqua devorata; et punctis adversatur qu
ardentes febres sequi solent; sunt qui dicant devoratam eff
cere foecunditatem; edulis etiam est, frigensq, nec non omni
in iucundi nutrimenti, lubrica, et pectori conferens. Nascitur
clementi coelo, quali sortitur urbs Mexicana, hortensibus pr
cipue humidisq et cultis locis.

De Omimeztli seu osse femoris Cap: XXIV.

Omimeztli herba est folia habens ocimi pene figura, et nonn
undulata ex viridi purpurascentia, caules purpureos, tenu
ac volubiles, flores in postremis ramis ex candido pallentes e
exiles, ex quibus vascula obrotunda semine referta; radicem
vero teneram, crassam, longam, candentem, et fibratam, sapo
atq odoris expertem, glutinosam, frigideq et humentis temp
riei; sunt qui vocant eandem plantam Ocimitautuquiyeh, al
pozteopatli, alij Tlalcinopatli, provenit editis locis montosisq
Tomiltezincinci, ocpayocani. oapani, et Toltepeci nonnihil vari
ti forma: Radix ossa luxata reducit, fracta consolidat; locis c
poris casu aut ictu concussis applicata fert opem; confert sanie
meientibus, dolores tollit, ac repellit praeter naturam tumor

De Omizochitl seu flore osseo cap. XXV

Herba est omizochitl folia ferens porracea, virentia, circa ra
cem tamen rubeo tincta colore: Flores in summo caule candid
oblongo

oblongos, nostrisq. lilijs odore similes, quamobrem indica lilia quidam uocant et in foliola stellarum instar postrema parte diuisos, ac circa medium nescio quid sublutei prae se ferentes; caules uirides, rotundos, et leues, radicem uero bulbosam, obrotundamq.; prouenit in frigidis, et temperatis regionibus, floresq. adunatur in corollas et odores; Radix frigida est, humidaq. et saliuosa cuiusdam, lubricatiuè naturae particeps, species uidetur narcissi ueteri incognita mundo. radix tumores preter naturam apposita repellit, febres extinguit, et fluxus a causa calida ortos retinet deuorata:

De quil Amolli seu herba Amolli Cap: XXVI

Quil amolli herba est folia mittens cordis figura, mediocris magnitudinis, caules uolubiles, flores candentes, et prelongos, cymbali forma, radicem uero tenuem, ac longam; Nascitur in calidis collibus yztlani; sapore, et odore insigni caret, frigidaq. et humenti natura constat; folia resoluta ex aqua, illitaq. medentur inflammationibus, dolorem capitis applicata sedant, euocant urinam, calorem nimium pellunt, et oculis puerorum inflammatione tentatis prosunt: Est et alia herba eiusdem nominis, et facultatis, huicq. ut coniectari potest congener, sed folijs circa exortum apediculo minime bifidis, de qua hec pauca dixisse sufficiat: quin et brioniam nostram chichic amolli uocant indi aiuntq. ius decocti infusum mire pituitam purgare, et gallico morbo alijsq. egritudinibus in quibus impeditur motus antiquis ac rebellibus mederi:

~~De Tepitzichuitl~~

De Tepitzicxihuitl seu herba firma cap: XXVII

Herba Tepitzicxihuitl caules mittit purpureos, et tenues, et in eis folia parua, serrata, et obrotunda, forma illis adianthi quadantenus similia, quamuis minora, florem e pallido rubrescentem.

oblongum

oblongum, et uasculo rosaceo pene simili contentum, radicem uero digitalem ... montosis, ac campestribus prouenit locis regionis Mexicanae; Radix ... Septembri mense solet ad usus euelli, atque recondi; huius est pr... cipuus in medicina usus, deuorata urinam elicit quacumque retent... ex causa, frigida uero humentique natura constat, atque ideo simili m... sura febres extingnit

De Tlapatl cap. xxviii

Tlapatl herba folia fert uitis lata, et sinibus, aut profundioribus lacimiata crenis, caules uirentes: florem candentem, ac longu... uasculorum figura; fructum obrotundum, similem erinaceis ... cem surculosam, et candentem. Nascitur in quibusque locis precipue ... pictuacuilci, et Mexici, frigida temperie constat, ac sapore, odore ... insigni caret: ius decocti foliorum [struck] aduersus febres et ... tanam precipue illini solet, aut lichnij modo obdi; fructus uer... foliaue aduersus pectoris dolorem, eadem aurium surditati exa... instillata conferunt: ceruicali imposita somnum conciliant per... libus, et si paulo liberalius deuorentur insaniam:

De Tlaquilin cap. xxix.

Planta Tlaquilin a Mexicensibus nuncupata ab alijs Teotlaquili... a nonnullis Hachalindi dicitur, in hac uilla Madritij hispaniae Ma... billas de Indias, ob florum admirabilem in eadem planta uarietate... appellatur, ab alijs Mexicanum Jasmini ob suauem florum odorem aplerisque solanum odoriferum a foliorum cum Solani folijs sim... litudine, et florum odoris gratia uocatur. Herba est Solani foli... ferens, sed maiora, uiridia, satis carnosa, et succulenta, cir... basim ampla, per extremum mucronata, in singulorum ramor... geniculis bina ex aduerso ordine disposita, que trita grauem o... rem, gustata uero ingratum saporem referunt; Caulem duos ... cubitos prolixum, aut ampliorem, pollicari crassitudine, Succulen...

firmum

firmum, et ex viridi flavescentem, multis aliis concavum, ac geniculatum, et in frequentes ramos pariter nodosos divisum: flores in extremorum aliis ramulorum singulos, oblongos, concavos, quinque sinibus antequam aperiantur complicatos; at ubi explicati sunt, pyxidulae floribus fere similes, non in mucronatos sed obtusos angulos convolvuli florum instar desinentes, variis micantes coloribus, nonnumquam saturata purpura nitentes, interdum obsoletè rubentes, aut flavescentes, aliquando flavos, aut pallentes, quandoque puniceos, interdum vero ex pallido candicantes, saepissime binis coloribus simul elucescentibus, vel purpureo mediam floris partem occupante, vel virgatim totum florem intercursante, vel radiis alternis modo flavis, modo purpureis totum distinguentibus, aut interdum magnis purpurantibus maculis, nonnumquam exiguis, vario situ, et mixtura toto flore vel flavescente pallescente, vel, aut exalbescente: odoris suavis narcissum referentis, sex oblongis staminibus, styloque paulo longiore, e medio flore emergentibus. Hi enim flores et si ephemeri sunt, noctu tamen explicantur, postridie ante meridiem per aestum praesertim se contrahere incipiunt, at temperatiore aura integro nonnumquam die expansi permanent, et sub noctem tantum contrahuntur, nec ultra diem perdurant, singulis tamen diebus recentes explicantur, qui cum pridie decerptis, (quod visu mirabile est) atque inter chartas repositis collati iisdem quidem coloribus constare quibus illi deprehenduntur; at eorumdem situ et mixtione ab iis variare quisquis diligenter observaverit animadvertet: tertio item die et sequentibus similiter, diutissime viret, et ab Julio ad octobrem usque mensem primosque pruinas numerosa florum sobole luxuriare solet: semina fert singula, nulla membrana seu pericarpio inclusa, mucrone cui flos insedit obtuso, infima vero qua calyculo adhaeret parte tamquam exigua corona ornata. pentagona bacca

myrthi

myrthi fere magnitudine initio viridia postea ubi maturuerit fusc
nigricantia, et quibusdam veluti tuberculis obsita, sponte vel l
sima agitatione excidentia nucleumque continet album qui erit
in candidissimam, et amyli instar niveam friabilemque pulpam
solvitur: Radix crassa, fibrataque est, foris nigra, intus alba, gus
aliquantisper acris, cui admixta sit superficiaria quaedam dulcedo:
planta annua appareat vivax tamen est; varietas illa colorum
in floribus eorumque pediculis, ac caulibus, seminumque crassitie et b
tate visitur licet sit animadversione digna, nullam tamen speci
cam facit differentiam: provenit Mexici passim, et in hortis st
et delitiarum gratia coli solet: Radix frigida constat humida
lubrica natura, quamobrem devorari refrigerii gratia illinique
etsi ut diximus tantillum quid acrimonis cum pusilla superfici
dulcedine resipiat, nec desunt qui dicant radicem eius qui u
est flore duarum dragmarum pondere devoratam egregie aquas
cere:

De Ilalcacahuatl chimalhuacanichalcensi Cap. x

Herba est Ilalcacahuatl duos longa dodrantes, oblongis ornata
ocimi, sed crassiusculis, nervosis, serratis, binis per intervalla, et asp
caulibus teretibus, tenuibus, et nonnihil purpurascentibus, et eis t
mos caules floribus cyaneis, parvis, et in oblonga capitula spec
similia compositis; et radicibus orbicularibus ponticis nucibus fo
et magnitudine haud dissimilibus; unde nomen non sine aliis ca
mentis hinc inde tum ab ipsis radicibus, tum ab inferioris caulis
te prodeuntibus: Nascitur in frigidis saxosisque locis iuxta aquas
dices sunt frigida, atque humentes, devoranturque quaternae illarum
adversus febrium ardores, eedem addito Tepoxonacatl alvum
sistunt:

De Tlallantlaca cuitlapilli cap: xxxi

Tlallantlacacuitlapilli herba est folijs minimi ocimi, terna, qua ternaue; caulibus tres longis spithamas, lignosis, et lenibus, partimque rubeis, fructu glandium forma, spicato, ac partim cocci neo, pleno modico semine, et floribus rubeis, ac stellatis, insigni sapore caret, et lubricitatem quandam lancinantem prae se fert, more earumplantarum quas quexquic uocant; radix uero fibrata, surculosa, et crassa est: nascitur ~~in quibusque locis praecipue Tepecuacuilci et ...~~ in calidis Tepoztlanensibus; frigida et humida est natura; tussi medetur, alijsque pectoris morbis; referuntque eam eas, et lassitudinem passos roborare, et sedare dolores, Tragacanthi gummi gustatum credas mandere ..

De Tozcuitlapilxochitl cap: 32

Herba est Tozcuitlapilxochitl quam alij coyotzin uocant, translata quam diu in hispanias, uocaturque ibi quod folia ferat arundinis, fructum uero initio candidum, ac gemmantem, ac demum nigrum, et nitidum, et precarijs uocatis globulis persimilem, lithospermum arundinaceum: et quamuis in calidis magna ex parte nascatur, frigida tamen et temperata loca non refugit, repellit praeter naturam tumores, frigida siquidem radix humidaque constat temperie grato etiam et glutinoso sapore

De Tzautli cap: xxxiii

Tzautli seu gluten herba est folia porracea mittens, lineis discurrentibus secundum longitudinem, ~~...~~ caules rectos, et geniculatos in eisque flores e luteo purpurascentes, primis forma quadantenus similes, sed longe minores, radices uero asphodelo similes, candentes, et fibratas, quibuscunque locis uiuit editis, ac planis, sed praecipue

calidioribus; Radix est frigida, humidaq et glutinosa, ex ea om
ratur prestantissimum gluten, et ualde tenax quo utuntur Indi
precipue pictores, ut pigmenta tenacius adhereant ne rerum rep
sentate imagines facilius ~~adhereant~~ deleantur: secatur hec m
sta parua, et siccata soli, leuigatur, atq ita demum nobile illiu
tinis paratur genus, ~~[illegible]~~ aiuntq radicem hanc
in unciae pondere deuoratam mederi dyssenteriis, uerum ceter
opitulatur morbis, qui e defluxione nimiaq laxitate oriri sol

De yztac çacalic seu herba glutinosa et candens ca

Volubilis genus est herba yztac çacalic nomen aradice impens
tinosa habens, que interna candida externe uero rubea est, m
sapore caret, caulesq mittit longos, tenues, conuoluentes se s
in eis folia alliaria, tussilaginis ue, leuiter serrata, ac florem
aiunt nullum; fructum uero racemosum uuis acerbis forma et
gnitudine similem: et capreolos hinc inde exorientes: montan
saxosisq locis regionum temperatarum qualis est Mexicana pr
nire solet: radicum eius decocti ius medetur dyarrheis; radix
epota unciae unius mensura itinere longo defatigatis succurri
medetur fracturis cum xochinacaztli, urinam euocat unci
us pondere deuorata; exibetur ducendis in balneum post egritu
nes. parturientis corroborationis ut aiunt causa; applicata uero do
lenit, repellit inflammationes, et extinguit febres, frigida enim
humentiq et glutinosa natura.

De çacalic coapitlanensi cap: XXXV

Herba est çacalic coapitlanensis folia ferens amygdali, ten
per interualla; caules lignosos, et tenues, flores coccineos, p
in corymborum formam compositos: et in summis ramulis qua
ueluti spicas paruas, pallentes, nec non exiguas quasdam silig
qua

quæ concinnantur ex floribus, semine pario refertas, radicem uero fibratam, tenuem, ac longum. Nascitur in calidis, frigida est et glutinosa, uomitum, dyarrheas, dyssenterias, et sanguinis excreationes sistit: abortum cohibet: tenesmum compescit, excedit carnem excrescentem in oculis, et argemata dissipat, inflammationes repellit, et membra quecunque ob calidam intemperiem debilia firmat, atque corroborat; reperi aliam eodem nomine plantam in planis faucibusque montium cuauhnahuacensium, et yacapichtelensium nec non ocoituci, eisdem fa cultatibus, et forma circiter preditam, sed ob situm fortassis aut eta tem, radicum forma, foliorum latitudine, et summis spicis paulis per differentem:

De Apitzalpatli Cap. XXXVI

Apitzalpatli quam nonnulli Tlaelpatli seu dyssenteriæ medicamentum uocant, herba est dodrantalis, folia bina, paruula, serrata, atque obrotunda per longa interualla mittens; caules dodrante paulo maiores, teretes, tenues, et subalbidos, et in postremis ramis caulem purpurem, atque exilem, radicem uero orbicularem, et fibratam; Nascitur apud Xalatlauhcensens regionibus frigidis, et locis campestribus; Radices sapore insigni carent, nec gustatæ effatu dignam adstrictionem preseferunt, et tamen duodeni earum ~~...~~ tusæ, atque ex aqua deuoratæ dyarrheas, dyssenteriasque dicuntur cohibere: febrem extinguere, et laxa membra corroborare:

De Atlinan circinata Cap. XXXVII

Herba Athinan circinata ab aliis Apatli quasi medicamentum nascens iuxta aquas dicta, folia fert saluiæ similia, sed maiora, et asperiora, et hispida quod buglossum quidam uocant, caules ~~...~~rotundos, hirsutos, ~~...~~ rubescentes, et quatuor cubitos longos, flores toto caulium procursu e pallido rubescentes, oblongos, et loculis haud absimiles

unde folliculus prodit oui figura, plenus semine gracili, et fl
radices vero capillis similes, Nascitur in calidis quale est Hoa
pecense oppidum in planis ac campestribus locis, Radix ac folia tri
et in farinam redacta ulceribus putridis si illis inspergas med
frigida enim siccaq et adstringenti constat temperie: quin dy
reas sistunt, dyssenterias cohibent, ceterasq defluxiones ma
me si ex calida causa ortum ducant cohercent.

De Hoelicpatli seu suaui medicina cap xxxviii

Herba est Hoelicpatli duos dodrantes longa, folijs rutæ, aut le
nis, floribus coccineis, modicis; siliquis paruis, tenuibus
retibusq: Nascitur in montibus frigidæ regionis hoitzilacensis: R
dix est frigida glutinosa atq adstringens: sistit dyssenteri
ac lumborum dolores unhæ unius mensura deuorata placat, corr
qui longo itinere, aut laboribus improbis defatigati sunt:

De Hochicetzontli comatl cap xxxix

Hochicetzontli comatl seu caput senis quam alij çaçanacxochitl; (
tzincenses vero yacanexton seu cuspidem cineream vocant; H
est volubilis, folia mittens ampla, cordis figura, florem coccineum
gum, et fistularem acuminatum dependentem, radices vero numer
orbiculares, mediocres, et funiculis per interualla appensas, inu
traq asperas, et fuscas, Tecompatli similes: Nascitur in plani
campestribus locis Tehoitztla; Radix frigida humidaq constat
tura, editur elixa, refrigerat, uero atq roborat: olet liquorem
lactium ~~mali medici~~ florum mali medicæ, sapitq: illinit
tumoribus preter naturam, insignis planta est, et grat
sic exibetur febrientibus, atq ita febrilem calorem compe
Indis erat olim mos impartiendi illam natis, sed ea le
ut totam non absumerent; sed portionem aliquam int
relinquere

relinquerent, persuasum habentes eos qui illam ingererent citam obituros, nondum assequutos senectutem; quam obrem impositum est illi nomen hoxhoetzontli conatl, quam uis alijs (ut diximus) caçanacxochitl dicta est.

De Huemberequa cap. XL.

Herba est Huemberequa folia mittens subundulata, et terna, sed medium longe maius ceteris, atque obrotundius, caules prolixos, fructum paruum, et racemosum, toto caulis discursu ab exortu foliorum prodeuntem; radicem uero longam, sensim gracilescentem, surculosamque. Nascitur in frigidis, et montosis Mechuacanensibus locis; frigida, et adstringenti natura constat, qua febrientibus quoque conferre solet, ius decocti corticis radicum, foliorumque dentium sicco colluantur dolorem tollit, et quemuis alium, quin idem inspissatum illitumque ulceribus miram fert opem e gallica lue ortis; pruritum et exanthemata excitat desuper micentibus, colligentibusque.

De Mecapatli seu zarza parilla cap. 41.

Mecapatli uocant Mexicenses nobile illud medicamentum quod nostri zarzam parillam nuncupant, cuius reperi apud hanc nouam hispaniam non paucas differentias, referendas a nobis ordine, seorsimque maioris distinctionis gratia. Priorem omnium describendam mihi proposui eam speciem quam apud hispanos, ac praecipue apud hispalenses in uallibus agerbusque passim nascitur, refertur que a rhizotomis et herbarijs peritis in smilacem asperam, descriptam a dioscoride, repertam a me non longe ab urbe Mexicana in beati

fidei

fidei oppido locis frigidis, et aquosis, iuxta fontem aq
dulcissima, ac saluberrima, qua aquæductibus ducitur
urbem; Nascitur etiam optima apud Tzompanum, et uoc
Honduras: De forma eius nihil dicam quoniam illam
bre discripsit Dioscorides, quod spectat ad uires eæde
prorsus sunt qui ceterarum specierum, et si Dioscori
nihil de temperie protulerit, aut de ui qua sudores
eliciuntur, dolores articulorum, ceterarumq partiu
sedantur, rebellesq et insanabiles profligantur et euin
tur morbi, sed solum explicuerit facultatem qua uenen
aduersatur, et alexipharmaci uires subeat: Ceterum
zarzaparilla speciem esse (quamquam hispani qui ad has or
non peneVarunt uix id sibi persuadeant) nullo mod
giuersabuntur qui eam cum ceteris huius orbis zar
parilla speciebus contulerit; et si indica semine
sed mos est hominum ita admirari extera, ut nihil put
apud se nasci quod longius deuectum in maximo ha
tur precio; uis est frigida siccaq, et si partes habet
das, atq subtiles permixtas, quarum gratia sudores
cit, uentriculi calorem roborat, (licet contrarium sent
alij) renes, et urinæ meatus expurgat, et lotium cie
ut dictum articulorum ceterarumq partium dolores seda
profligat, diuturnosq et rebelles morbos curat:

De quauhmecatl. cap: 42.

Quauhmecatl quam yanguitlanenses cozticuitzi palan
patli uocant, Michuacanenses uero ychuanitzoz app

speh

species est Zarzæ parillæ radicibus surculosis immixta, un
de profert caules volubiles, et spinis horridos, capreolos
multos, ac semen nullum; folia vero ozimi acumina
ta, et nonnullis secta crenis, nerveis vero discursibus
secundum longitudinem discurrentibus; vis eadem quæ
ceteris: inveni aliam speciem in radicibus Æthiæ non lon
ge ab oppido Atactaco per omnia quauhmecaxochitl simi
lem, sed radicibus tenuibus, nec fibris crassioribus, cuius
etiam vis eadem, nec tamen curavi depingendam, sunt
qui contendant has omnes ad chinæ genera pertinere sed
quoniam radicibus longe differunt sui generis potius esse
plantas existimandum est: quamvis foliorum figura, volu
bilibus caulibus, capreolisque videantur esse similes; necnon
frigida siccaque qua sunt predita natura; et si non ita adstrin
genti; placandis doloribus articulorum alijs ve a gallica lue
profectis sunt omnes utiles; sudoribus evocandis curandis
ve mali moris ulceribus, morbisque inveteratis et insanabilibus;
et qui e crassis lentisque humoribus habent ortum, aut ad nervos
pertinent, et tumoribus preter naturam qui rebelles sunt
discutiendis, curandis ulceribus, et alijs ad hunc modum per
sanandis qui toti pene mundo innotuere, nam iure decoct
per aliquot dies propinato ea mensura quæ a multis iam
Loui ~~dicta est~~ prescripta est, cum nota quoque victus in
stitutione, ceterarumque rerum quas non naturales vocant,
aut pulvere radicum duarum dragmarum pondere ex vino

aut:

aut aqua demorato, euocato sudore; aut insenabili quodam
spiratu ægrotantes restituuntur; siue id contingat ob part
dam tenues, et calidas permixtas frigidioribus et crassior
aut ob siccitatem. seu ob occultam quampiam uim, s
predictarum rerum comodam institutionem: sed huius
quisitio non est nostro instituto admodum necessaria, si
aiunt inspersum pulverem ulceribus mederi:

De quauh mecapatli Altera Cap: 43

Quauhmecapatli seu quamecatl, hec est illa speti
zaçaparillæ, cuius radices in nostrum orbem deferunt
lijs magnis cordis figura, caulibus uolubilibus, et spinos
radice surculosa, fructu nullo, et capreolis hinc ind
rientibus, Nascitur Tototepecensibus agris. Metzitla
sibus, et Cuauhchinacensibus: sed omnium melior in c
gione quæ a profunditate nomen accepit.

De Poztecpatli mecatlanica seu
fracturarum medicina cap 44

Herba est Poztecpatli mecatlanica. folia mali persicæ si
lia ferens, bina per singulos caulis nodos ordine disposi
ferne cocci caules digitum crassos, geniculis interceptos, teretesq
res quinque constantes folijs, rubrescentibus, eadem for
sed longe minoribus, ac orbiculo circa medium pallescen
pori et odore insigni caret; Nascitur Mecatlanico agr
gida siccaq et adstringenti non sine quadam asperitate
tura constat; caules, foliaq, tusa, et ieto locoimposi
tumores arcent, nec minus bibita conferunt, et ut m
indicat luxatis prefractisq, ossibus medetur:

De Teuhquilithic seu herba principis cap 45

Teuhquilitlic herba est folia mali punicæ proxima mittens, aspera, terra equanis caulis noro exorientia; caules mul tos, coccineos, teretes, tenues et lignosos, flores circa ramo rum cacumina in corymborum formam compositos, quadan tenus coccineos, unde ~~ut~~ siliquæ generari solent par uulæ, includentes granula primo candida, et post matu ritatem nigra; radicem uero tenuem ac prolixam, extra luteam, intus uero pallescentem ex albo: epota radix ea aqua trium dragmarum plus minus ue pondere febri lem calorem sedat; frigida siquidem est sed sicca atque adstringentis naturæ; quo fit ut fluentem quoque aluum cohibeat, et uentriculum ob nimium calorem imbecillem instauret, atque confirmet:

De Tlachichinoa patlahoac seu herba usta latifolia cap: 46

Tlachichinoa quam alij texixiuhtli seu herbam saxo rum uocant, herba est folia linonia mali similia pro ferens, interdum paulo minora; caules cubitum longos, et in eorum postremis ramis appensos flores scorpiuro similes, radicem uero crassam, fibratamque, dulcem et me diocris temperiei, aut cum frigiditate nonnihil frigefa cientis; Nascitur ocpayocani, yauhtepec, quecu, Tlachmala caci, et in alijs ~~humidis calidisque~~ huiusce modi calidis re gionibus, uniuersam plantam ulceribus aiunt mederi, dentium dolores tollere; uulnuscula oris cicatrice ob ducere; tumores preter naturam repellere; febres se dare; delere scabiem precipue sali, et fuligini admixtas, ophiasimque:

De Ulaelpatli seu medicina dyssentericorum
Cap. 47

Herba est Ulaelpatlis multos mittens caules,
nues, spithamam fere longos, refertos uero mi ca
lijs, obrotundis, serratis, ac paruis, et fructu piperi
go simili, sed exigiti exantuerit crassitudini, radix
ga est, digitalis crassitudinis; nascitur iuxta flumi
lentibus in locis, mistica inferioris: Radix est frig
siccaq. et impense adstringens, eadem seminucia
dere trita, atq. deuorata cohercet dyssenterias, et
quid nimium fluxile est, et egens adstrictione,

De Ulatlauhcapatli Cap. 48

Ulatlauhcapatli species est Geranei, sed raphani
ee, ex rubeo candescenti, uirgineis folijs, flosculi
cineis, ac rostris ciconiae similibus; Duae sunt eius sp
radicis tantum colore distinctae, quarum altera in cand
altera uero magis in rubeum uergit, sed eisdem uiribus Nascitur utraq
frigidis ac calidis regionibus, qualis est Mexicensis, et
nahuacensis, montanis, ac campestribus locis, frigida
et adstringenti utrinsq. constat natura radix, cuius
precipuus in medicina usus et acido aliquantisper
re, medetur dyssenterijs, alijsq. fluxibus, oculorum
mationi, et satietati; denique medicamentis omnibus
mul refrigerant, et adstringunt apta commiscentur,
xitati cuiuis fert opem, febres refrigerat, et calori
precipue cum humore conuincto aduersatur, firma
tes gingiuas comprimit, ac roborat, trahit pituita

sedat

sedatq, dolores si aqua cum intrita sit locus colluatur tumores preter naturam maturat et rumpit, et conceptionem procurat; ulceribusq oris et quibusvis alijs medetur, sunt qui asserant cum chilli tussi conferre, et urinas elicere bi lem uero per se purgare: quod nisi compreshoni contingat qui fieri possit non uideo cum uiribus constet ualde adstrin gentibus:

De Ilalmatzalin Hoexotzincensi Cap: 49

Herba est Ilalmatzalin folia mitens amigdali, longa, et angusta, serrataq, unde nomen, caules tenues, quadratos, dodrantem plus minusue longos, flores uero per interualla exiles, atq purpureos, radices uero paruas napi similes. Na scitur humectis locis, ac montium faucibus regionis hoexot zincensis: folia sunt odora, et nonnihil calida, uerum ra dix frigida siccaq natura constat, odoris et saporis fere expers, eadem trium dragmarum pondere tuta, et cum qua tuor granis cacahoatl resoluta ex aqua atq epotata dici tur corpus leniter purgare, mundare uias urinae, nimiumq contemperare calorem:

De Tomatl seu planta acinosa 50

Tomatl seu planta acinosa inter solani species connume rari potest, et si a nostri orbis solani generibus differt, reperiuntur namq in nouo orbe alia species quarum fruc tus quoniam orbiculares, sunt uocati tomatl, membrana includuntur, sicca frigidaq ordine primo constant natura

nonnullumq participant acorem; uerum maiores ex his x
mama nuncupantur, quod est tomamæ cucurbitæ form
gosaq; minores uero miltomamæ idest sementini, qui
tlaolli seu frumento indico seri consueuere; ex prioribus
dam iucundi sunt aspectus, et nucibus inglandibus pau
iores: cumq uirides primo appareant, in pallidum tande
lorem degenerant, dicunturq Coaltomame quod est angu
Alij eadem forma, et magnitudine constant, sed in rube
demum mutantur colorem, alij e uiridibus fiunt lutei, e
li aurantij uocati circiter equant magnitudinem, utro
tere leuiter compresso, et aparte qua pediculo adherent
mediam usq orbitam inconditè rugoso, Alij rubri sunt c
exactè maturuerint, atq in eum quoq colorem euiridi ab
postq pallidum ac rubescentem prius induerint eadem f
magnitudine constant, atq figura, et si rugosis quibusdam
nentijs inconditè exuberantibus non modo uirile pudend
referunt, sed hemorhoidas quoq, et quicquid in feminis
dum, et obscenum potest uideri, ex minoribus quidam n
inglandes equant magnitudine et colore uirescunt, Alij
yzhuatomatl dicti ponticibus nucibus sunt maiores mino
uero inglandibus membranula uessicæ instar inclusi u
nomen, qui euiridi pallescunt, aut purpurascunt, minore
ro dicti miltomame predictis nucibus pares sunt, et eode
precedentes colore: Tales habentur Cozotomatl, et Toma
quem xalatlacensem uocauimus arnatli loco refertum se
bus paleis exilibus paribus, quæ in medicamenta calore f
ta potissimum referuntur, sunt et aliæ species de quibus fe
loquemu

loquemur, quoniam nomina sibi uendicant certa, statusq. sortiun
tur naturas: quod autem attinet ad prenarratas, ad unum
omnes solano similes uidentur, imo eius species: Atque ma
iorem ferunt fructum maiores sunt, et folijs serratis con
stant; que uero minorem uulgari etiam sunt magnitudine,
europei rizotomi quos ex his norunt fructus poma amoris uo
cari consueuerunt, fortassis ob uenereum, et lasciuientem quam
diximus formam; demum adeo plante figura, uires, fructus, pel
liculi, et poma quedam solani speciebus respondent, ut improbi ho
minis fuerit manibus pedibusq. in illorum non ire sententiam.
qui tomatles omnes in solani differentias referunt: quibus
uis locis proueniunt sed precipue calidis, sponte aut indulgen
tia, et cultura: ex his intritis ac permixtis chilli ~~intinctus~~
intinctus gratissimus paratur, et qui omnium fere ferculorum
et nutrimentorum saporem comendet, et emortuam orexim
exuscitet: uis eius frigida et sicca et nonnihil abscindens:
tam folia quam fructus ignibus sacris conuenientissime illi
niuntur, ægilopia capitis, dolores tusa atq. imposita sanant,
estuanti uentriculo auxiliantur, et parotidas cum sale illita
discutiunt: ualet eorum succus aduersus guthuris inflamma
tiones, et que serpunt ulcera cum cerusa, rosaceo et lythar
girio, ad ægilopas cum pane, infantium adustioni quam syri
asim uocant cum rosaceo: perfusus proficit in collyrijs
aqua uel oui uiceo ~~excibet~~ exhibet; contra acutas fluxiones
illitus. aurium dolori instillatus prodest, menstrium in uellere
subdit ~~a~~ sistit abundantiam, idem gallinarum cortalium
fimo subactus et linteolo appositus ægilopijs presentaneo
est remedio

De Xaltomatl seu Tomatl arenoso Cap: 51.

Xaltomatl species est solani peregrina radice batata[...]
asphodelina, caulibus multis, folijs limonie mali sed m[...]
ribus, fructuq. hortensis solani ubiq. prouenit neq. ul[...]
refugit celum aut solum. frigida sicca[q] constat natur[...]
ijsdem quibus hortense solanum uiribus, quo fit ut ra[...]
tusa resolutaq. ex aqua ad febrilem calorem propin[...]
~~solent~~ sedandum propinari soleat, amaritudinis tamen
caloris nonnihil participat, quam obrem ferunt sesqu[...]
tia pondere deuoratam flatum discutere, intestinaq. ex[...]
gare acribus, quae ab altero quopiam assumpto pharm[...]
concitata sunt, non dum tamen uacuata; grauitatem uent[...]
culi dissoluere, atq. ita demum dyssenterijs prodesse

De Alahuacapatli leptophillo seu lubrico et tenuifolio medicamento Cap: 52

Herba est Alahuapatli folia fundens tenuia lini similia, [...]
minora, flores candentes, radicem uero albam, pellucidam, fi[...]
tam, atq. contortam, Nascitur regionibus frigidis yaualiuhc[...]
iuxta decliuia montium loca. Radix trita, et semiuncia m[...]
ra ese aqua buglossi, aut fontana deuorata humores omne[...]
cuat, est et alia alahuacapatli spinifera quae ad eunarum[...]
cies est referenda de qua suo loco tractabitur.

De ~~Aparagua~~ Cap 53

Alaragua herba est radice insistens longe, tenui, ac per inter[...]
la tuberosa unde prodeunt caules multi, hominis equantes [...]
tudinem, et propinquas arbores scandentes, folijs ornati uire[...]
mali medi[...]

mali medicae folijs non plurimum dissimilibus, candentes, ac mo
dici flores; et fructus nullus. Jus decocti radicum epotatum me
detur doloribus e gallica lue profectis, buboribusq[ue], ac initiato
motioni fert opem, Nascitur in calidis, et arentibus Huacanae
locis

De Cacamotic tlanoquiloni seu
batata purgatiua Cap: 54.

Herba quam Cacamotic tlanoquiloni quidam uocant, alij Cax
tlatlapan, Alij uero Apitzalpatli solent nuncupare, folia fert
appellatae amazonicae forma, hederaeue; sed angulis quibusdam
insignia; caules exiles, teretes, et uolubiles, flores maluaceos,
purpureos, calyculorum figura cimbalorumue, radicem uero obro
tundam candentem et teneram, Nascitur regionibus calidis tem
peratisq[ue] sponte sua, ac etiam culta pertinaci quadam uiuacita
te, quales sunt pahuatlanenses et Mexicenses: possetq[ue] in non
nulla Hispaniae transferri loca; Radices duarum unciarum
mensura deuoratae cubitum tendenti aluum mira lenitate et
securitate expurgant, tracta etiam e uenis bili, ac reliquis
humoribus, quid quod dulci sapore, et grato constat, nec maui
anis pynsue nostratibus cedente: Clamitet modo improba, et
semper querula mortalitas, nulli passim pharmacis ex car
nificari in tanta medicamentorum blandissimorum faecundita
te, et benignitate naturae.

De Coapatli asphodelina Cap 55

Coapatli Asphodellina herba est radicesq[ue] longas fundens, candidas,
asphodellinis non absimiles, unde inditum est cognomen, aut Matla
lytzic, et ex eis folia prolixa, et porraceis paria, flores in postremis
caulibus

caulibus uelutj spicatos, et stechadis capitibus persimiles, nasc
quauhtlahoitzilacensi; Radices sunt molles, et referte succo
gni odore, et sapore carentes, frigidaeq et humentis temperie
sa et admota auxiliantur ictibus serpentum, Idemq prestant e
buglossi epota

De Coapatli yancuitlanensi Cap 56

Herba est Coapatlis yancuitlanensis ramulos fregnentes m
tens folijs ornatos longis angustis hirsutisq, et inferne sub
dis. luteosq flores, radicem uero longam tenuemq: Nascitur in
bus frigidis Mishica superioris; frigida uidetur et lubrica na
ra; medetur uenenatis potionibus, ictibusq serpentum ter aut
ter per singulos dies admota uulneri, aut semiuntia mensura e
re congruenti resoluta, atq epota:

De Coacimizpatli seu medicina doloris Cap: 5

Coacimizpatli herba est folia buglossi statim ab ipsa radice f
dens, caules folijs paulo altiores, tres, quatuorue, leues, ter
tenues, ac rubeos, flores in summis eorum partibus e uiridi ru
scentes, radicem uero minimum digitum crassam, fibratamq:
scitur in calidis regionibus. papaloticpaci, inter saxa, prerup
camisq locis, adeo autem est mirabile sanandis doloribus medic
mentum. ut inde inuenerit nomen; insigni sapore caret, et ta
nonnullum calorem participat; Aiunt illius decocti ius mirabile es
aduersus gallicam luem, mensura foliorum esto manipuli tres,
aqua totidem librae decoquenda autem sunt ad tertias, et sorbe
singulis diebus decem uncia matutino, uelut ius decocti guay
assumi solet quin etiam interdiu potandum est, atq ita quo
uis dolores ac precipue articulorum placat:

De coanenepilli Cap: 58.

Coanenepillis quam alij yztac coanenepilli, Alij Coapatli aut Coatli xochitlanensem uocant, herba est folia ferens lunæ crescentis in modum, aut solearum quibus calceantur iumenta, signata quoq; clauis luteo colore; caules uolubiles, teretes, exiles, ac ornatos per interualla prenarratis folijs, Item capreolos, et flores multi colores bectonicæ fere forma sed longe minores, radicem uero prolixam et conuolutam mi nimum digitum crassam fibratamq; cuius est usus in medi cina, Nascitur multis in locis Agri Mexicani, sed precipue xochitlani ubi eius uires sunt primo exploratæ atq; reper tæ: Radix namq; est nonnihil dulcis, calidaq; et sicca ordine fere secundo, et odora, quam tusam atq; deuoratam trium unti arum pondere aiunt mederi spleni, restaurare motum impedi tum, sedare dolores, appetentiam excitare, euocare urinam, calo rem temperare, uentris dolorem lenire, semen retentum pellere, aeger somnos insomniaue agitis iam pene sedibus diuulsum ui perarum obsistere ictibus. uenenatis potionibus, uenenisq; alijs uim omnem ~~adimere~~ adimere, expurgatis statim per inferna, preseruare etiam a meretricum ~~maleficiis~~ ueneficijs insi dijs, nocuisq; cibarijs qua die fuerit deuorata, demum uene norum omnium perniciosam uim hebetare sunt qui flores idem prestare existiment.

De planta quam Cocam peruinam uocant Cap: 59

Herba est Coca peruina ut audio quatuor spithamas plus mi nusue longa, folijs Mirthi, sed paulo maioribus, mollioribusq; diluti uiroris, et in quibus alterius minoris folij imago est expres sa, semine uero racematim dependente, et myrthi instar cum

maturescere

maturescere incepit uergente in rubeum colorem, et tandem nigr
te: quo tempore folia colliguntur, in cratibusq; exiccantur, ac reu
duntur in usus; quod spectat ad culturam imprimis semen seren
est in seminarijs, deinde transferendum atq; ordine ueluti fab
aut ciceres disponendum, repastinato, et culto solo: miscent foli
dentibus commansa pulueri tellinarum ustarum in catapotia
conformant, exiccantq; atq; ita illis sunt usuj: ore siquidem g
tata, atq; hinc inde conuoluta sitim dicuntur exinguere, egreg
nutrire corpus, famem sedare, ubi cibi et potus copia non es
et tollere per longa itinera lassitudines, quin eisdem catap
tijs uti solent permixto delitiarum gratia yelt in oppidis
micilijsq; suis manentes ad somnum conciliandum, ebrietate
inducendam, et laborum curarumq; omnium obliuionem, atq;
quietem; est etiam illis pro nummo, et eius plantae comertio
uene emporia:

De Cozticxihuitl 60

Herba est Cozticxihuitl folia lini ferens longiuscula,
angusta, caules tenues, dodrantales, semen orbiculare in s
mis ramis, radicem longam, tenuem, et fibratam. Nascitur
ci frigidis locis ac collibus. Radix tusa et deuorata ex
aqua semiunciae mensura uacuat omnes humores:

De Huacuiyua seu somno animalis
huacuiaui nomine Cap: 61

Huacuiyua uolubilis herba est folia mittens rara,
derae figura, sed angusta, et longa, ac floret coccineo

caules

caules exiles, teretes, hispidosq. radicem uero tenuem,
Nascitur temperatis locis, planisq. et humectis, michuaca-,
ubi in magno habetur pretio: insigni uidetur sapore care-
re et tamen ius decocti eius in sesum aluum lenit, aut
puluis eius duarum dragmarum pondere deuoratus, eiusq.
dolorem contractum precipue ex algore leuat

De Mecapatli Mecatlanensi cap: 62

Herba est Mecapatli folia habens cordis figura, cau
les uolubiles, luteos, unde nomen; florem purpureum, cax
tlatlapan similem, in calycibus luteis contenctum; radicem
uero longam: ac tenuem, prouenit in calidis Mecatlanen
sibus, syluosis locis, ius decocti eius humores crassos, ac
frigidos purgat, ac uentris noxia pellit animalia: deco
quenda est adhuc uirens, et matutino potio propinanda;
sicca enim inutilis est:

De Motinenti herba expurgante cap: 63

Motinenti herba folia parua cordis figura fere, caules ru
bros, atq. uolubiles, flores rubeos, calycibus similes, uasculaq.
obrotunda. ubi includitur semen; radicem uero fibratam: Nasci
tur xequilpae et Tharimbari prouintia Michuacanensis. Se
men tritum atq. ex aqua deuoratum dragmae unius pondere
omnes humores citra noxam ullam expurgat:

De gualancapatli seu irati hominis medicina cap: 64

Herba est gualancapatlis folia saligna proferens, cau[...]
contortos, teretes, tenuesque. Nascitur huictlalpa; frigida es[...]
humidaque, ac saporis, et odoris prope nullius: propinant[...]
folia tusa, atque resoluta ex aqua homini qui ob iram a[...]
acceptam ~~iniuri~~ iniuriam male habet unde nomen:

De Iemeccatl expurgante cap: 65

Iemeccatl expurgans herba est folia rara, tricuspidia[...]
et modica mittens, caules tenues, lentos, repentes pe[...]
terram; flores orbiculares, modicos, luteosque iuxta sing[...]
los foliorum exortus, toto caulis procursu; et tandem va[...]
la referta semine inferne hirsuta, et subalbida; radi[...]
cem vero raphano similem, sed tenuiorem: Nascitur p[...]
copiam ubique: Radices semiunciae pondere epota c[...]
aqua per superna atque inferna bilem, et pituitam [...]
vacuant:

De Tlaco chichic ocopetlayucc cap: 66

Herba est Tlacochichic surculosae radici innixa, unde pr[...]
fert stipites tres cubitos longos, teretes, et purpureos, fo[...]
serrata, salviae similia, sed aliquantisper latiora, in f[...]
ni subalbida, ac virescentia superne; et flores in supre[...]
caulibus candidos, et in pappos abeuntes, succum unti[...]

unius

radicum potatum ex aqua aiunt pituitam per inferna ua
cuare, mederiq ventris dolori, ac scabiei, spleneng mi
nuere:

De Ilalcuitlaxcolli seu uisceribus terre cap: 67

Ilalcuitlaxcolli ab alijs yamhuacapatli dicta herba est folia
habens origani, sed longiora, et angustiora, circinataq, et
fructum rotundum toto caulis procursu utrinq iuxta folio
rum exortum, radices vero albas, tenues, et longas: prove
nit Atlapulci ubi utuntur succo eius instillato naribus ad
pituitam e capite euocandam, et leuandum eius dolorem
tumoresq faciei discutiendos, et in magno habent pretio
radices namq duarum dragmarum mensura epotae omnes
humores purgant, citato uomitu, et aluo soluta sicurum
est, atq innoxium pharmacum; et si anxietatem aliquam
nonnunquam excitet minus est arens uiridi atq e calida
aqua deuoratum.

De Ilalamatl morbi gallici
sedantis dolores cap: 68

Herba est Ilalamatl ab alijs nuncupata tlalcimatl seu
cimatl humilis, ab alijs herba Ioannis infantis, a Michua
canensibus yurinipitaguam, ab alijs vero cureci, quae folia
fert obrotunda, terna, nummulariae similia, caules pur
pureos per terram serpentes, purpureos spicatosq flores

semenq

Semenq; paruum, et rotundum, radicem uero longam ...
nuem, et fibratam; Nascitur temperatis locis, aut paulo f...
gidioribus, quales sunt Mexicani, ac non nulli ex Michuacan...
sibus: frigida siccaq; natura constat et adstringenti: med...
tur uetustis ac recentibus plagis, diciturq; maturare ac r...
pere preter naturam tumores, et abortum cohercere qu...
tusa ac duarum dragmarum pondere deuorata dolores e m...
bo gallico ortos sedare, et uacuare humores omnes: illita...
ro oculis eorum inflammationi mederi ac pediculos interf...
cere.

De Izaguanguemj Caput 69

Izaguanguemi quam alij anatali loco Caqualpensem p...
tam uocant, Alij Tototzexitl, Alij comalquiliel, et Michua...
nenses xereizi, herba est folia habens angusta, et proli...
magnaq; ex parte quina, et similia yztauhyatl seu m...
co absinthio: caules sex dodrantes longos, coccineosq; flor...
radicem uero fibratam, prouenit quauhnahuaci campos...
bus, udisq; locis, admota hec hemorroidibus aut brachio ...
pensa eas exiccat, atq; corrugat:

~~De Itzcuinpatli seu canis interfectore cap: 7...~~

~~Itzcuinpatli quam alij metlpatli uocant hispani ue...~~
~~ordeolum herba est folia ferens oblonga et angusta ...~~
~~neis secundum longitudinem procurrentibus, insignia c...~~
~~dicibus fibrarum emulis, caulem uero tres dodrantes f...~~
~~lixum, ac minimum digitum crassum, cui herent gr...~~
~~nula ordeaceis similia spicatim composita unde nom...~~

De yetzcuinpatli seu canis interfectore cap: 70

Yetzcuinpatli quam alij quimichpatli uocant hispani uero
ordeolum, herba est cuius tria reperiuntur genera, primum
folia fert oblonga, et angusta, lineisq secundum longitudinem
procurrentibus insignia, e radicibus fibrarum emulis, caulem
uero tres dodrantes prolixum, ac minimum digitum crassum
cui herent granula ordeaceis similia, spicatim composita, un
de nomen: nascitur in regionibus frigidis, semen uermes ex
tinguit, ulceribus quorum uis animalium carnibus ingene
ratos si tundatur et redigatur in pulverem: ulcera putri cor
ruptos si tundatur et redigatur in pulverem: ulcera putri cor
ratos si tundatur et redigatur in pulverem: ulcera putri cor
et mali moris egregie curat, carnem supercrescentem
absumit, pisces inspersum necat, muresq, unde quidam
quimichpatli uocauerunt et carnibus permixtum canes un
de nomen, quin si puluis idem aquae commisceatur linteo
lumq eo humore madens articulis dolentibus applicetur mi
rum prestat auxilium, eadem aqua ulcera oris sanantur
colluta pediculi necantur, grauis anhelitus emendatur, et
ius decocti spicarum adiecto alumine firmat magnopere den
tes, secundum genus apud michuacanenses nascitur eis
dem uiribus, sed radice cepis fibratis persimile, est et ter
tium apud eosdem folijs angustioribus, orbiculari radice sapo
re fere nullo, et cetera similia:

De çaçatzin seu parua çacatl Cap. 71

Herba est çaçacatzin folia mali punici proferens, sed longe
maiora, caules purpureos, ac fructum orbicularem cicere
maiorem, radicem uero fibratam: Nascitur in iugis
arborum

arborum experibus, regionum frigidarum, quali est opp
dum Ihilyuquitl, et Ilaxcaltecarum, ubi in maxim
habetur ab indigenis precio, putantibus incolumes ab
nium morborum iniurijs degere, ob eius herbæ copian
Cortex namq, radicis redactus in puluerem ac duarum
dragmarum pondere deuoratus aluum leniter ac citra
xam ullam subducit.

De ychcaxihuitl, seu gossippio Cap 72

Herba est ychcaxihuitl gossippium a nostris nuncup
que est huic nouæ hispaniæ frequentissima, et cui
per singulos annos messis fit uberrima. Nascitur
calidis humidisq, cultis precipue locis. germina tusa
epota ex aqua aiunt mire resistere puncturis scorpi
uiperarum, cęterorumue animalium uenenatorum, cau
uidetur frigidus siccusq, et adstringens, et ulceribus
detur leuigatus, et admotus. folia uero glutinosa
tura.

De Atlychipinca seu aquæ gutta Cap 73

Atlychipinca herba est paruula, folia pendens solam
perisue, neruis secundum longitudinem procedentibus, mi
ra tamen, et magis acuminata, caulem breuem, tenuem
tenerum, radices uero capillis similes, sapore, et odore
insigni caret, prouenit in calidis pahuatlanensibus
ca loca humentia, amplexa cautes: frigidaq, et hu

constat

constat natura, propinatur untia unius mensura ex aqua fontana, buglossiue aduersus cordis affectus, quos uihementi ardore laborantes pati solent; sedat enim calorem, arcet animi deliquium, omnemq; angustiam, atq; anxietatem fugat:

De xicama cap: 74

Herba est xicama uocata, uolubilis, quam Mexicenses catzotl seu radicem succo manantem uocant, radices crassa in orbicularem formam magna ex parte uergentis, candida, grati nutrimenti, et impense refrigerantis temperiei, unde prodeunt rami tenues, teretes, longi, et per terram sparsi e quorum singulis per longa interualla terna oriuntur folia composita in crucis modum, ac ueluti per medium orbiculariter secta, siliqua etiam mediocres quibusdam infarcte lentibus, ubiq; prouenit sed precipue hortensibus locis sata, atq; exculta: usus est radicum ut qua in mensas postremas subinde ueniant, gratamq; et frigentem (et flatu generando aptam) prebeant estuantibus alimoniam, nec admodum malam, si prius aliquandiu pendeant perflabili loco, ac permittantur ibi emarcescere, sitim eedem exting*u*nt, linguae calori et siccitati aduersantur, febricitantibus peropportunum alimentum prestant corporaq; refrigerant, humectant, et alunt, sacharo conditas aliquando audio radices aut arena obrutas delatas fuisse in hispanias, nec prius, quam eo peruenirent uitium aliquod contraxisse:

De Cozamaloxihuitl seu herba iris cap. 75

Cozamaloxihuitl herba est radici tenui, et longiuscu[...]
innixa, unde profert caules, et in eis folia rutacea, sp[...]
pantia utrinque caulem ordine quodam, floresque a[...]
bos, et candentes forma hoaxin, Nascitur in calidis te[m]
peratisque collibus Mishcae inferioris: frigida est sicca
et adstringens, extergit dentes, gingiuas carne explet,
ac putredinem omnem dissipat, qua in represtanda
mirabile est medicamentum, si tusa ipsa comansa[...]
aut eius succus applicetur, ulceribus etiam pudendor[um]
succurrit:

De Teyzquixochitl seu yzquixochitl saxea cap. 76

Herbula est Teyzquixochitl folia mittens lini, caul[es]
teneros, teretes, purpureos, et lignosos, florem chame[...]
meli in summis caulibus, sed candentis ambitus, umbilicu[s]
uero lutei, qui aliquantum in purpureum uergit; radice[s]
uero surculosas, nec omnino uidetur distare a nostrate
minori belli uocata, prouenit in saxis saxosisue locis
radix frigida est, et adstringens, exhibetur hemoptoicis
cum maxima ~~humilitate~~ quauis mensura, seruatur
uero radix in annuos usus.

De yolopatli yrina cap. 77

Yolopatli yrina sic dicta a facultate cordi opem ferenti[s]

et

a foliorum figura iridis folijs simili, herba est cuius duę reperiuntur species, Prima folia fundit iridis minora, angustioraq;, flores similes omixochitl, radices uero pyris paruis similes, ~~rubrescentes~~ subrubrescientes, oblongiores, fibratasq; posset in narcissi species referri: Nascitur quauh chinanci calida regioni iuxta montium fauces: Radices uero unius mensura deuoratę cordis dolorem, aliosq; eius affectus curare dicuntur; febres extinguere, ictisq; et ijs qui ex loco quodam excelso cecidere, aut uerberati sunt opitulari: sunt qui asserant syncopi mederi, mœrori ac pectoris morbis cubitum iam eunntibus deuoratam, frigida enim tum menteq; constat natura, caloris odorisq; expers est: Alia yolopatli [illegible] nuncupata herba est carens caule, flore, et fructu folia uero fert plantaginis similia, sed tenaciora, crassioraq; et angustiora, ex unica radice singula, bina ue prodeuntia; hęc in calenti predicta nascitur regione saxosis locis: trita ac deuorata febres extinguit, frigefacit enim quoquo modo corpori admoueatur

De Matzatli seu pinea indica 78

Matzatli seu pinea indica, dicta sic ab hispanis huius orbis colonis ob fructum similitudinem pinidam habentem, Planta est folia iridis mittens, sed spinosa, radicem fibratam, crassamq;: et unicum pomum germinibus circum circa exorientibus, ac altero in culmine ipsius pomi

detractis

detractis his, ~~satisq~~ ac satis radices statim ag[...]
tur, alterumq, producitur pomum pineis nostratibus m[...]
gnopere (ut dictum) similem, similibus septatum germ[...]
nibus, initio hoc apparet rubrum, sed procedenti tempor[...]
ac rubescenti adhuc germine pallescit, alumna est
haitina insulae, huiusq, nouae hispaniae ~~aliarumq~~ cali[...]
~~d~~arum regionum, montosisq in locis incola, sapor est
dulcis, acidusq, temperies frigida, atq, sicca, ac succo m[...]
nans natura; exibetur sitientibus refrigerij gratia,
et ad excitandam appetentiam, retinetursq ori ut sitim
mitiget, et linguam humectet; quamqs in bilem fac[...]
le conuerti dicatur, sapor est eius fructus quem vul[...]
gus malocotoneum vocat, non sine quodam (ut dictum
est) acore, condita aliquando sacharo, atq ita delat[...]
ta in hispanias gratissimo succo placuere: at recentia
secantur in frusta, ac muria permiscentur immadescen[...]
ut pars in bilim apta nata conuerti exiccetur, ac ue[...]
lut euanescat.

De Iepari seu crassa planta cap 79

Iepari herba est folia ferens lata, serrata, oblonga,
et mucronibus hastarum ferreis similia, spinifera, et
pungenti ~~lanugine~~ lanugine insignia, ueluti illa urti[...]
ca ~~acida hic uiuq~~, Caules longos, teretes, cauos, ge[...]
niculis per singula quatuor unciarum spatia intercep[...]

radicem vero sensim gracilescentem fibratamq; Nascitur
Pazcuari, insipida est odoris carens frigidaq; temperiei, folia
arida, tusaq mederi dicuntur ulceribus, haud aliter ac ius
decocti radicum eius, quod epotum dolores quoq; sedat febres
placat, et arthriticijs medetur cum adipe applicita:
Nota quod in fine huius libri scribendum est caput de tabacis. fol. 190.

Liber quartus de Materia
Medica Nouae hispaniae

Tribus ante libris studiosissime Lector tradidimus de Aromati-
bus, Arboribus, et nascentibus ex eis succis, lachrymis, ac se-
minibus, tum etiam de fruticibus, suffruticibus, herbis acri,
amaro, salso, dulciq; sapori preditis, ac de ceteris aliorum co-
gnationi saporum continentis, nec non de insipidis: Hunc au-
tem quartum in duas secantes sectiones, in prima de anima-
libus, ut post plantarum icones animalium successiue sequen-
rentur, in Altera de Mineralibus disseremus.

Sectio prima de inqua animalium partibus
usui medico oportunis disseritur

De Ayotochtli seu Dasypodi cucurbitino cap: 1.

Ayotochtli seu Dasyppus cucurbitinus animal est mon-
strificum et suapte natura duris armatum laminis, ca-
nis melitensis magnitudine, seu cauda valde longiori,
pedes sunt echini terrestris, rostrumq; sed gracile, et
oblongum, armatur undequaq; crusta bellico equorum
tegumento persimili, in laminas connexas, atq mobiles

diuisa

divisa, qua se convolvit, et undiquaque tegit ubi opus
est; quare ab hispanis Armadillo, quasi cataphractum,
aut armatum, a lusitanis Encobertado appellatur: au
riculae sunt murinae, sed longiores, nimisque graciles, cau
da longa, teres, ac geniculata, eodemque modo laminis
circumuallata crustatis, venter candet ac pelle operitur
molli humanae haud absimili, longiusculis exilibus ac raris
pilis vestita, formicas venatur cubans supra dorsum, et cau
da ori admota, quae recte procedentes incidunt in insidi
as, et cibum deludenti suggerunt monstro: (vix enim est ul
lum animal quod se meatu alatque arte et industria desti
tutum) cum fugit in praeceps, caput caudamque ventriculo
applicat, ac tuetur crusta, ac sese in sphaeram convoluens
rotatur: quod si pertinacius quispiam insectari perseveret
sese in hominem contorquet, et interdum ictu vehementer
dorso suo, pectore, exanimat: versatur in uliginosis lacubus,
lumbricis, piscibusque, ac vermiculis vescitur, nec non et qui
busdam arborum baccis, ac pomis, et formicis ut diximus: Ca
ro est impense pinguis, dulcis, et similosi alimenti, et excre
mentis redundans: utebantur antiqui cauda ad eas quas te
bretanas vocant (quarum erat apud illos usus frequens)
roborandas, et muniendas: crusta vero ad multa, quae
tam ad bellicos tumultus, tum etiam ad pacem tranquillam
spectarent; Aiunt crustam illius tritam ac dragmae unius pon
dere devoratam ex iure decocti salviae evocato sudore magno
pere morbo gallico curando conferre; versatur in locis
calentibus,

calentibus qualis est Yauhtepecensis, lacustribus, ut diximus, et uliginosis;

De Acaltetepon seu Monoxillo mucronato quod prinatim Temacuilcahuya uocant. cap. 2

Versatur in quauhnahuacensibus agris, alijsq; ferventibus huius nouæ Hispaniæ locis, lacerti terrificum quoddam genus coloto nostratj haud absimile, nuncupatum ab indigenis hispanis, scorpius, duas longum spithamas, prolixa cauda, breuibus cruribus, lingua quam interdum uersat rubra, lata, ac bifida, torno capite, incessu graui, tardoq;, et crusta interim dura, fuluis candidisq; punctis paruulas margaritas imitantibus, aut lithospermi semina uariata quæ a cruribus posterioribus usq; ad extremum caput in uarias digeruntur formas, ab eisdem uero ad extremum caudæ in lineas anulis similes cingentes transuersim corpus per interualla, et si fului longè sunt numerosiores: huius animalis morsus noxius est, sed minime lethalis, quo fit ut uisu quàm ictu sit horridius, nec quemquam impetat nisi læsum, et concitatum, lumborum caro ingesta duorum obolorum pondere uenerem mirum in modum dicitur excitare; neq; ea in re scincis cedere, crustam uero scorpionum aduersari morsibus: Nec desunt gentes quæ arcus suos eadem operiant muniantq; putantes ita uenenatorum animalium noxiam naturam hebetari, atq; cohercerj:

De Aquetzpalin seu crocodilis quos
alij Caimanes vocant. cap: 3.

Viuunt in quamplurimis paludibus huius nouae hispaniae alijsue aquis stagnantibus crocodili miranda corporis magnitudine, rostro prolixo, ac dentato, corpore crusta predura, ac velut in conchas assurgente contecto, ac forma colotis nostratibus simili; mira eorum natura truculenti mores, feritas in timidos fugientesq; et formidolosa namq fugiunt audentes, iam diu ab alijs authoribus sunt enarrata. Nos nonnulla alia experimento et peregrinatione comperta adijciemus: Illud imprimis admirati adeo immanis vastaeq bestiae utq sex septemue passuum longitudinem excedat a pueris indorum collum alligari, atq ita pertrahi ad litora non valente (ut inquiunt) monstro alioqui tardo ac segni caput nocendi gratia contorquere; si non e contrario, sed lateribus, et transuerso occursu innadatur: Nec minus mirabile est per famem ac alterius alimenti inopiam lapidibus vesci, et has ipsos in illorum ventriculis corrosos, et pene absumptos reperiri, redactosq in puluerem, ac deuoratos conferre lithiasi; pretereaq offendi iuxta crocodiliorum fauces glandulas quasdam fabis pene pares suauissimum mosci spirantes odorem: et has ipsas febres egregie sedare ac prorsus extinguere: quin eorundem ventriculus ablutus emundatusq probe sole siccatus et cum occasio offertur tritus, et ʒß deuoratus lapidem renum ac vessicae frangit, ac pellit, et urinam promtissime euocat.

De Axolotl seu lusu aquarum Cap: 4m.

Genus est quoddam piscium lacustrium molli cute

interclum; ac lacertarum more quadrupedes dodrantis longitudine, pollicemq crassum, et si interdum cubitum excedit: uuluam habet muliebri simillimam: ac uenter maculis fuscis distinguitur, a corpore medio ad caudam usq ~~prolixam~~ nempe prolixam, et quae iuxta finem tenuissima sit, paulatim ac sensim gracilescit: pro lingua est cartilago breuis, ac lata, quaternis natat pedibus ~~toto~~ ~~[illegible]~~ in totidem digitos persimiles illis ranarum desinentibus: caput depressum est, et reliquo corporis proportione magnum: huic sunt rictus aterq color: huic menstrua singulis quibusq mensibus fluere ob seruatum saepe saepius est, haud aliter ac mulieribus; et ingestum uenerem excitare, haud secus ac scinci facere solent; quos terrestres crocodilos quidam uocant: ad ~~[illegible]~~ quorum fortassis genus pertinent; salubre ac gratum prae[illegible]bet alimentum, nec dissimile anguillarum carni, multis parari modis solent: frixi nempe, assi, elixiq: uerum ab hispanis magna ex parte ex aceto mulso ad dito pipere, caryophillis, atq siliquastro indico: a Mexicanis uero siliquastro solo, seu intrito seu integro familiarissimo illis ac prae grato condimento: Nomen accepit aqua ludicraq, quapraecipua est forma:

De Axin seu uermium quorundam pinguedine Cap: 5

Nascuntur in arboribus quapatli aut alijs, quas nostri ob similitudinem prunos uocant, cum tamen ad mirabolanorum arabicorum pertinere genus alicuius fortassis uideri poterit uermes qui dam lucifri Axocuillin seu ferentes axim pallentes: uix longi binos latos digitos, ac pennam crassi anserinam. hos indigenae ab arboribus deturbatos permictunt ad ignem ex aqua elixari, aut discoqui donec comminuantur, et adeps eiusdem

coloris

coloris axin nomine supernatet, atq; emineat, colliguntur ... ad usus multiplices incolæ, et conformant in globulos e butiro uac cino parari solitis haud absimiles: olei odore, et lenitate: et ad omnia quibus oleum conferre solet prestantissimos: non tamen in nutrimenti usum adhuc uenere, dolores quamcunq; partem corpo ris obsidentes sedant: neruos tensos laxant, emolliuntq;: discu tiunt tumores, aut si natura ad id potius propensa sit maturan heritipelatis desinentibus conferunt, ulceribus ferunt suppetias convulsisq; nec non enterocelis addita resina, ac picie ... collo ctionesq; cuius uis generis breui admodum minuunt, atq; discu tiunt:

De Aue paradisea cap. 6.

Offendit tandem ueras apodes uita, et quæ per tot sæcula homines latuerant, nauigatio in Malucas deprehendit, nempe aues non pedum tantum usu, quales multo antea tempore innotuerant orbi: sed pedibus ipsis omnino carentes, et eorum loco pennas fuluas hispidas, tenues, duas spithamas, et qua tuor uncias longas, amedio circiter corporis prodeuntes, crinium crasthorum instar sortitas: quorum usus est (si usq; uolare cessant) arboribus appendere, quando consedendi sunt impo tes, et alligari inter sese marem, et feminam cum foueat dorsi maris imposita oua cauitate antica femina incubat, fouet, et amplectitur: sunt enim qui affirment perpetuos uolatus edere, ac sublimi semper pendere celo, et si in so lum deturbari casu aliquo contingat apueris facili opera deprehendi: Neq; enim difficile est intanta corporis paruitate

ac

ac pennarum amplitudine in aere ipso veluti in arborum ramulis, aut
in infimo collocati solo, ac veluti iacere; vix enim carduellem,
ac acanthidam vincunt magnitudine, cum pennarum ambitu
qua duas spithamas et untias quinas prolixa sunt aequalis non
cedant; sunt hae magna ex parte tenues russescentes ex albo
et, ei scapulis ac reliquo corpore non ab humeris, brachijs vi cum
eis careant procedentes; rostrum est nigrum binas fere prolixum
untias, ac mediocriter incurvum; columbinum caput, collumque
sed caput partim aureo, et partim pavonino colore praeditum, collum
vero inferne pavonino; aureo vero superne; pectus ac dorsi pars
quaedam aurea est, sed fulvis emicictis veluti undulata; dorsum
vero ad extremum usque cauda quae admodum brevis est si cum
reliquarum pennarum prolixitati comparetur, fulvum sed ver
gens in fuscum: rore vivit, vaporibusque et fortassis animalibus
parvis, ac pene nullis, siquidem forte sunt in aeris parte excel
siori providente natura, ut quae nonnisi in aere pendere poterat
nullo aut ibidem tantum parato uteretur alimento; et cum per
petuo ieiuna intestina sint carnosum, et quantum satis est, et
pinguedine redundans corpusculum reperiri: ornant indi ge
ne hac ave desiccato capite, usi ea cristae loco ob pennarum pul
pulchritudinem, colores varios, et eiusdem avis raritatem ac
formam spectandam:

De Cercopitecis cap. i.m

Offenduntur iuxta calidiora novae hispaniae loca Cercopiteci,
quos Mexicenses Ocumatli vocant, varia magnitudine atque
colore: reperies namque nigros, pallentes, fuscosque, magnos mira
parvitate, atque mediocres, alios capitibus caninis, ac omnes

pene

pere filiorum amplexu graues: Mirabile est arborum ramo
quas conscenderunt in uiatores torqueri, et iaculari; transilire
flumina caudis inuicem apprehensos; et ab arboribus fluuijs
uicinis uibratos; ac super omnia sagitta alioue telo uulnerat
quantam possunt ne dicam quantam solent homines hominibu
opem ferre, admotisq foliis aut arborum musco uulneri sangu
nem fluentem sistere, atq ita uitam si fieri possit tueri: edu
cant filios singulos parturneq et circumferunt amplexu tena
ci adherescentes: mira pietate et amore erga prolem atq id
iuxta montium uerrucas, et summa cacumina, ubi uenatores
pyram construunt maczio circundatam adiecto lapide cacalo
tetl seu coruino cuius est natura igne califactum tonitruum
edere, atq dissilire: concurrunt cercopitecei ac iuxta incumbun
edentes sparsum cacaoatl sed perterrefacienti eam gentem
subito lapide obliti filiorum ac ueluti expertes luminis
aufugiunt, deserentes sobolem carissimam, relinquen
tesq in predam uenatorum: Ceteraq ad eorum naturam
spectantia adeo cunctis nota sunt, ut an rursus hec
in parte referri fuerit supernacaneum, Illud non est
pretermittendum cercopitecorum ossa tusa, atq deuora
ta dolores a gallica lue ortos sudore euocato tollere atq
sedare:

De Cozcaquauhtli Cap: 8^m

Reginam ~~[illegible]~~ aiunt esse cozcaquauhtli auium quas
Mexicenses auras uocant, ~~[illegible]~~ gro
siarum aquilarum equat magnitudinem corpus uniuersum
preter collum, et eas partes que sunt iuxta pectus ex
nigro nempe purpurascentis, fuluum est, ac pullum:
ala

Alæ subtus circa exortum nigræ, cetera cinereæ: desuper uero mixtim fuluæ, nigræ, et uergentes nonnihil in purpureum, crura rubra sunt, et unci ungues, rostri extrema, quæ psitaci esse indices (tam est indistincta similitudo) alba sunt, cetera sanguineo colore tincta, amplum est narium foramen, oculi nigri, Iris fulua, rubræ palpebræ sanguineo colore perfusæ: Frons, et plicatilibus rugis torua, quas tamen nonnunquam explicat, qua in re uocatos galli pauos uidetur æmulari, et pilis quibusdam ueluti retorridis, rarisque et æthiopium pilis haud absimilibus, cauda est aquilæ, inferne cinerea, foris uero nigra, anguibus, muribus, et lacertis quos rapit uictitat; sed morticinijs maxime, humanoque cum forte paratum illud offendit stercore: sublimipeta auis est, et nimium extensis expansisque uolat alis, uix uolatum intermittens: Indigena est huius prouinciæ; ueris educat tempore: obsistit ui incredibili uentis contranititurque aduersantibus eisdem sedibus perstans immobilis; caro est inutilis, et nutrimento animinde (quod adhuc compererim) nisi medicinæ gratia degustato, fertur huius auis plumis admotis mederi indos ulceribus, carnibusque elixis alimoniæ loco durante affectu deuoratis, quas aiunt etiam morbo gallico præsentaneo quodam remedio mederi:

De Coyayahoal Cap: 9ⁿ

Vermis est genus prædurum Coyayahoal ab alijs Azinehuilin, et ab alijs ichcaton nuncupatum, superne fuluum, pedibus autem ex albo purpurascentibus, numerosisque: quorum gratia fortassis posset in Scolopendriæ differentias referri;

arce factus

arefactus hic tritus et ex aqua resolutus illitusq maxillis
bis quibus uis singulis diebus dolores dentium sedat.

De Hoatzin seu aue similem
nomini edente uocem cap: x.

Auis est gallinæ indicæ pene magnitudine, incuruo rostro pedu
li ç candido in luteum inclinanti; alis caudaq maculatis per
interualla pollicis; colore candenti, pallidoq dorso, fuluo, de su
prema parte colli; sed utrisq in fuscum colorem inclinantibus;
pretereà etiam et temporibus usq ad rostrum, et oculos; ungui
bus nigris, ac fuscis cruribus, cristam gestat constantem plu
mis, ç candido in pallidum colorem uergentibus, sed dorso earum
nigro; uescitur anguibus; uox est magna et ululatum quenda
representans, apparet autunno, inauspicato habetur ab inco
lis: ossa eius dolorem cuius uis particulæ humani corporis lan
cinatione sedant; suffitus quoq plumarum mentem restitu
his qui e morbo aliquo ea parum constantes euaserunt, pe
narum eius deuoratus medicetur morbo gallico affectis ope
mirabili, uiuit in calidis regionibus qualis est yautepecen
sis, magnaq ex parte arboribus iuxta flumina consitis in
sidet ubi nos eam auem conspicati capiendam ac delinean
dam curauimus

De Hoitzitzil seu aue uaria cap xi

Auicula est minima plumis uariorum picta colorum, quibus
intextis mira quadam intersæ subtilitate compositis, ac artifi
cis industria coherentibus diuorum formas, et quarum uis ali
arum rerum indistincta similitudine indi artifices exprimunt
imagines: ea est ei natura ut non diutius uiuant, quam flo
res herbarum quarum alitur melligeni durent superstites,
postquam uero

postq; vero marcuere ad pinus aliasq; arbores sese quadam natu
ra providentia conferat (quod est fide dignissimorum hominum
testimonio compertum, et scribarum fide non uno comprobatum
in loco) eiq; rostro affixo se servet appensam, donec sex plus mi
nusve transactis mensibus, ac dicidentibus iam pluvijs agris vero
nantibus, ac gratis herbis rursus ortis atq; florentibus denuo revi
viscant, similes vices saepius subitura, nec nugae sunt aut cuiquam
debet esse dubitatum: servata quippe est non semel avis stipiti affi
xa intra cubiculum, et cum sex menses exanimis pependisset, quo
tempore sibi natura comparatum est revixit ac demissa in vicinos
agros volitavit; aiunt praeterea eius pulverem devoratum mederi
epilepticis: Plures sunt harum avicularum differentiae colorum va
rietate, ac corporum distantes magnitudine; quales sunt quetzal
hoitzitzillin, Xochiohoitzitzillin, xiuhhoitzitzillin, et Tozco
coz hoitzitzillin: yztachoitzitzillin, Tenocohoitzitzillin et
hoitzitzillin:

De Hoitztlacuatzin seu Tlacuatzin spinoso cap. xii

Animal est Hoitztlacuatzin canis mediocris magnitudinem et
equans colore nigrum Melis, aut Tlacuatzin forma quo tro
huit nomen, tegitur idem spinis canis acuminatis tres uncias
longis, et histricis spinis, aculeisve perq; similibus, pilis tamen
quibusdam mollibus, si caput excipias intersectis, atrave lanu
gine sed circa exortum candenti; iaculatur eas in canes insec
tantes nulla eorum industria aut conatibus excutiendas, pam
sensim magis magisq; iactatione desiguntur donec viscera perfo
rent, quadam naturali vi, trahantq; corporis innatum humo
rem atq; ita transfixum confossumq; canem tabefaciant:
servant indi hos aculeos ~~[illegible]~~
~~[illegible]~~

aiuntq;

aiuntq; novem horum si levi igne calefiant, ac exiccentur
ita ut eorum vis non evanescat, in tenuemq; pulverem redigan-
tur, ac ex vino, aut aqua propinentur lapides renum frange-
emundareq; urinae vias, ac vesicam, appetitusq; venereos exci-
re tum etiam dolori capitis sedando opem ferre esseq;
~~[illegible]~~ utilissimos, nam fronti aut temporibus admoti spon-
te sua adherent, figunturq; nec prius decidunt quam hirun-
num more cavitate sanguine referta, vacuataq; causa exci-
tante dolorem egri fiant incolumes, liberenturq; a morbo: mi-
serandum animal, at non minus miranda aculeorum vis, et sum-
mis laudibus extollenda sapientia atq; potentia opificis sum-
mi qui tanta rerum varietate tamq; variis natura donis hunc
ornaverit mundum; sunt vero aculei candentes, luteiq; te-
nues, ac tres uncias longi; sed mucronibus nigricantibus, et
peracutis: cauda brevior illa Tlaquatzin, paulo tamen cras-
sior, et aculeorum a media parte usq; ad extremum expers: pe-
des sunt quales quauhpeçotli, sed latiores, rostrum canis
simile, sed resimum: dentes supra infraq; bini, velut illi vo-
catae tuccae, venter spinarum expers est ac tectum pilis =
quemadmodum et externa parte crura, atq; brachia cicura-
ri potest, vivitq; calidis yonotla et Iezotzocolei: viveretq;
quantum coniectura assequi possum, apud hispalenses, calido
usui aliud Betica oppidum si eo deportaretur; nascitur fre-
tibus frigacibus, ac montosis gaudet locis:

De Manati cap XIIII.

Educat uterq; oceanus, stagnaq; piscem vocatum ab Haiti-
nis Manati, bestiam pene informem, vitulo parem, et ca-
prino corio tumenti, cum anterioribus brachiis, forma fu-
scum, et pilis tectum raris, et quamq; furiosum nullo ta-
men nocuum morsu: vitamq; et mari et litore (ita tamen
ut nunq; deserat aquas) agentem, et herbis litoralibus
ac phicorum marinorum vescentem genere: cauda est
illi

illi obrotunda ac transuersim sita, caput et os uitulinum, magna nares, mammeq, auricula parua, nec non et oculi, parui dentes, aspera labra, et corium taurino crassius, ac firmius, brachia bina anteriori parte sita, quinis distincta unguibus humanis similibus: ac pinnarum formam referentibus, umbilicus patulus est, amusq; uulua muliebris; penis equinus, et caro pinguedoq, ueluti saginati suis iucundi gustus seu recens comedatur, seu salita; et gallica laborantibus lue imprimis noxia, coste uisceraq respondent taurinis, et mastrificam preseferunt molem: humano more coit: fœmina supina in litore fere tota procumbente, ac celeritate quadam superueniente mare; unicus uero generatur foetus; pregrandis enim est ille, et ea magnitudine qua non soleant plures ~~nisi~~ nisi monstrifice generari: offenduntur in huius animalis capite bini lapilli; quos leuigatos ac deuorratos ex aqua aut alio liquore aperiente fama est urinam retentam euocare, adeoq quicquid uias illas qua urina per uia esse solent obstruit, recludit: lapillus in mare repertus albus est et conferens maribus, sed quis in fœminis sublatus, et feminis utilis:

De Maçame seu ceruis cap xiiii

Inter ceruorum genera qua apud nouam hanc hispaniam ad huc mihi uidere licuit, (preter candidos totos quos Reges ceruorum esse Indi sibi persuaserunt, nuncupantq a colore yztacmaçame, et uocatos Ilamacaz quemaçatl) primi sane quos uocant Aculhiame, hispanicis omnino similes forma, magnitudine ac reliqua natura: Minores his apparent quandoque uti tlamaçame sed usq adeo a ceterorum timiditate alieni

ut

ut uulnerati homines ipsos ~~adeo~~ adorianeur, ac saepe numen
interimant; hos sequuntur magnitudine tlalhuicamaçame qui
forma et moribus essent eis omnino similes, ni timidiores ui
derentur: Minimi omnium temamaçame sunt: sed horae reliqu
genera intergua numerantur teuhtlalmaçame, Temamaçam
et huiusmodi alia permulta; ego potius computauerim inter cap
os: Nunc quia nam ceruorum dorcadumue lapidem uocatum
bezoar, alit dominum ueneri generent interste erit et opinor
narrare oportunum: Accepimus ergo ab expertis uenatoribus et
qui in dissectis hisce animalibus predictos lapides non semel
inuenerunt, reperiri in omnibus illis permixtis cornuum exper
tibus quas biciunas uocant. (Sunt enim alia cornuta tarnica
uocata, et alia quas dicunt guacanas) Preterea in Teuhtla
maçame, quae caprarum mediocrium, pauloue maiori constan
magnitudine, pilo teguntur cano, et qui facile auellatur, ful
uoque, sed lateribus et uentre candentibus, unde berrendos inde
gena hispani uocare solent: cornua gestant iuxta exortum li
ta, ac in paucos, paruosque, teretes, et praeacutos ramos diuisa: e
sub oculos quorum imaginem exhibemus: deinde in quadam
damarum genere quas Macatlchichiltic aut temamaçame ap
pellant breuissimis cornibus, acutissimisque, coloris fului fuso
et inferne albi quarum quoque praestita est imago: nec non in
ibicibus quorum hic redundat copia; ut hispanos et apud ha
regionem frequentes ceruos taceam, in quibus quoque est lapi
dem de quo praesens institutus est sermo ~~eg~~ reperire: Capreas
etiam cornuum expertes quas audio passim reperiri apud p
uinos, et ut summatim dicam uix est ceruorum, caprearumue

genus

genus ullum in cuius uentriculo aliaue interna parte sua sponte ex ipsis alimentis excrementis lapis hic qui etiam in tauris uaccisq. solet offendi non paulatim concrescat, et generetur, multis sensim additis, et cohærescentibus membranulis, quales sunt cæparum: ideo nonnisi in uetustissimis, et senio pene confectis lapides hi reperiuntur, neq. ubiq. sed certis statisq. locis ubi eo suppetit materia; qua ratione fieri posset ut apud hispanos gentesue alias non ita facile offendantur: uerum non omnes hi lapides salubres sunt, euendæque sanitati aut morbis profligandis apti: sed soli illi qui depastis herbis saluberrimis producuntur: unde non solum difficile sit censere an illæ facultates mirabiles quæ de eo lapide nostra tempestate iactantur narrariq. et predicari ceperunt ueræ sint: sed etiam qui nam sint eligendi, aut qui utiles aut inutiles offendantur: quibus certo ~~quid~~ quid affirmari nequit; et si fama est, uenenis, uenenatisq. omnibus subuenire, syncopem, et epilepticas inuasiones arcere: digitis applicatos somnum conciliare, augere uires, excitare uenerem, facultates omnes roborare, sedare dolorem, renum lapides uesicæq. non solum parua quadam portione deuoratos, sed manibus tantum retentos frangere, ac pellere; urinæ destillationi ferre opem, partum iuuare, et procurare conceptionem; deniq. nulli fere non auxiliari morbo: adeo ut sint qui solius huius lapidis presidio medici sententia sua euaserint consumati, pro talibusq. sese impudentes uenditent: uarijs eos reperies formis, et coloribus; alios nempe candescentes

fuscos

fuscos alios, alios luteos, quosdam cinereos, nigrosq., et uitr
aut obsidiani lapidis modo micantes: hos oui illos rotundi
figura, et alios triangulari: quid quod nonnulli eorum bas
centrique loco glandem habent, et concussi sonant, nucleo in
tra crustam arescenti: coactoq. haud aliter Achi quos Ae
tites uocare solent: aut ipsi aetites sunt quos Aquilae for
tassis rapiant, et in suos transferant nidos: Alij puluerem,
alij lapillum, tot uero reperies apud nouam hanc hispani
am ut iam uili uenearo pretio, ac uel unico aureo singu
li, et interdum etiam bini emi, et commutari soleant: cum
non paucis ante annis unicus, et mediocris ducentis, aut
amplius aureis extorqueri non posset a mercatoribus: Id
tum est ante, atq. admonitum ne deinceps relinquerit locus
istis impostoribus, ea rapto uiuentibus, iisq. omne dum rei
familiari student quomodolibet augendae, atq. cumulandae
uio lantibus; quibus opus non est in tanta copia, et numero
sa redundantia arte illos, aut adulterio parare: quamq. et
ad hunc modum non pauci conflati reperiantur: uerum la
pides illi fossitij quos quidam arabum ab infringenda uene
norum ui eodem nomine appellant: reperiuntur per hec tem
pora apud nos ac precipue in fluminis tozhuatlani ripis uarij
multiformesq. influentibus undis e montibus redundantibus
bolo armeno: sed minime quos ferunt ijdem in angulis ocu
lorum predictorum animalium concrescere, cum remedij gratia
postq. deuorauerunt serpentes ab antris ui halitus, aut oc
culta alia facultate tractos se mergunt in flumina: Non
strati sunt nobis etiam lapilli quos aiunt deuorari a feminis

cervorum

ceruorum sexu, ut facilior enixus contingat, et si eius uentri culo reperiri de quibus omnibus suo loco deo danti sermo habebitur:

De Pollin cap XV

Pollin

Animal quodam est paruum. insectumque centipedis forma minus tamen; quod tritum, atque impositum infixos aculeos, atque sagittas mira celeritate extrahit

De Tapayaxin Cap XVI

Ad lacertæ differentias uidetur pertinere Tapayaxin, quam quam orbiculari pene, planoque constat corpore, ac raiæ uocatæ quadamtenus forma, si longe minor esset; nec uncias quatuor longitudine, aut latitudine equans; cartilagineum autem est et multis uariatum coloribus, gelidum semper tactu repertum, tardi incessus, ac raro mutans locum etiam contrectatum, atque apprehensum; sed caput est durissimum et quibusdam eleuatum horrensque aculeis corollæ modo dispositis: gaudet ab hominibus apprehendi, manibus gestari, contrectarique, placida quadam securitate, ac tranquillitate immobilis; quam ob rem amicus hominis ab indigenis nuncupari solet: Illud est in eo mirabile, et nulli alio quod sciam commune, compressu uexatusue oculis, aut capite, aut parum indulgenter tractatus sanguinis guttas per eos effundere, ac longius iaculari qualis detrahi solet ab homine temperantissimo,

et

et sana fuerit ualetudine, tanto interdum impetu, ut ad tri
passuum distantiam contingat reiectari: siccatum hoc ad ign
redactum in leuorem, deuoratumque ex uino, aut aqua dragm
unius mensura morbo gallico, et doloribus ab eo eminentibus m
gnopere auxiliari solet; quod multis certissimisque experiment
est comprobatum, uacuata morbi causa per superna, infern
ac demum euacuata urina permixta pituitae, alijsque longis c
sisque filamentis; uiuit in montibus frigidarum regionum u
passim offenditur:

De Teuhtlacotzauhqui seu Domina Serpentum Cap: XVII

Serpens est atrocissimus Teuhtlacotzauhqui, quem indigen
hispani uiperam ob lethalis morsus immanitatem, atq
tiam uocant: quaternos pedes aut amplius longus, et hum
ubi mediocriter crassus est, latus: dorso eminenti uiperi
pite, uentre ex albo pallescente; lateribus opertis canden
squamis: fasciis tamen fuscis, per interualla intersting
dorsum fuscum est, luteis tamen lineis sese in ipsa sp
secantibus insigni: multae sunt eius serpentis differen
non plurimum inter se distantes, et ictu mortem infere
nisi celerrime praesidijs occurratur: conuoluitur in sphi
irritatus, aut contrectatus, ac inequaliter caput contorq
sed ita sibi undique cauet, ut nulla non pertesa uindicet
iniuria: excogitatum est illa humare membra, terraque obrue
et ita sinere donec omnino cesset dolor, aut morbus sit
curatus

curatus prospero (ut audio) magna ex parte euentu: per
saxa fertur celeri cursu, ac per terrestria planaque
(quod mirum uidetur) non adeo, ob quem Mexicanorum qui
dam auento nomen indidere uocantes i'cacoatl, quot an
nos natus est, tot accedunt caudae perstrepentia sonalia
postrema in parte caudae, uertebrarum instar connexa:
oculi sunt nigri, mediocris magnitudinis: binos habet super
na maxilla dentes caninos et curuos, quibus iaculatur ue
nenum: utroque autem latere oris quinque parua dentes
supernae maxillae insunt: sed qui facile conspici a quolibet
aperto ore queant: et si noxie graditur: ictus toto corpo
re hiantibus rimis fatiscit, et uiginti quatuor horis trans
actis a morsu animam dicitur agere: apprehensos cauda indi
qui eos uenantur tuto tenent appendentes: sed tamen
torquentes collum perstrepentes sonalibus, corpus huc atque
illuc iactantes, ac nihil non molientes ut penas de uena
tore sumant: Audio a multis qui eum serpentem
domi alere solent, atque educare, annum integrum durare
absque cibo ullo, potuque: abscissumque caput decem aut am
plius dies ferunt apud Panucenses in femoris crassi
tudinem, et longitudinem incredibilem adolescere: Horum
ei curari posse permulti qui domi alentes habent in de
liciis: uenenum iaculatur caninorum tubulis, caui enim

sunt

sunt, nec desunt qui affirmant uinum parere, et si fals[o]
quemadmodum ex aliorum ueriori narratione percepi: ...
desus irascitur sonalibus concussis uehementer perstrep...
erigitq collum non sine astantium timore: nec tamen ...
det nisi compressus, et ~~irritatus~~ irritatus: carnes in usus medicos ...
seruans pungunt Mexicani medici collum, ceruicemue d...
loris capitis placandi gratia; pinguedineq animalis fer...
omnium nocentissimi lumbos ~~pungunt~~ perungunt sedand...
illorum dolori, aliasq corporis partes dolore infestatas, a...
discutiunt preter naturam tumores: edunt indi eorum car...
ac uerissimum esse statuunt cohortalium carnibus esse pre...
tiores, ac gustu gratiores: linteo conuoluta quamuis uel...
tenui, raroq ita torpescit illa feritas, ut a puero deferri...
libet citra formidinem, aut noxam ullam possit: Aiunt ca...
put huius serpentis alligatum collo instar uiperini gut...
morbido ferre suppetias, febrientibusq medentur punctur...
serpentum omnium, quibus natura appendit sonalia; hu...
mano stercore duarum unciarum pondere ex aqua con...
enti propinato, aut commanso piciele, et admoto uulner...
item ~~[illegible] arboris~~ folijs Arboris Itzoczin...
maxalli huic orbi uulgaris ensis atq applicitis de qua dic...
est inter arbores: est etiam huic malo conuenientissima ...
~~herba~~ ab alijs Acuitz huanіracua appellata de qua inter her...
uerba fecimus: Prouenit in calidis locis huius nouae H...
paniae.

De Tlaquatzin cap: XVIII

Animal est Tlaquatzin canis parui forma, et magnitudine,
binos dodrantes longum; rostro tenui, pede prolixo atq.
depili: exili capite, tenuissimis, mollissimisq. auriculis, ac
pene translucentibus; pilo longo, et candido: sed circa extre
ma fusco, aut nigro: cauda tereti duos dodrantes longa:
ac persimili colubrinae fusca, sed postremo candida, qua
mordicius firmiterq. quicquid apprehendit retinet: corpore
uero, ac pedibus melis, quaternos quinosue parit catulos,
quos utero conceptos, editosq. in lucem alia cauitate qua
dam dum adhuc paruuli sunt claudit ac seruat intra sci
licet. locum a natura huius rei gratia fabricatum: dilatata
ac sponte natura uelut excoriata iuxta mammarum se
dem externa pelli tanta equalitate ac ui ut coaluisse cu
tem omnino putes miro uisendoq. naturae artificio, et quod
in nullo animali quod eadem generauerit usquam sit con
spicere: oculi sunt nigri, parui, uiuidiq., atq. exerti: scan
dit arbores incredibili pernicitate, diu in cauernis la
titat; nescitur cohortalibus quas uulpiculorum mustella
rumue siluestrium more iugulat, illarum sanguinem ab
sorbens: cetero innoxium, ac simplicissimum animal, quamq.
uersutia quadam congenita se interdum mortuum simulet:
cum scilicet non est aliter hominum manus effugere: aut
cum delusos apprehensores mordere est animus: cauda hu
ius animalis egregium est medicamentum: trita enim
dragmae unius mensura, atq. ex aqua aliquoties deuorata
nullo preassumpto alimento eo die quo hauritur urinae
meatus

mĩatus mirē abstergit eadem ~~[illegible]~~ ē uocata tractis lapillis, et quacumq alia rē meatus obstruenti: ue[illegible]
excitat, generat lac, et medetur prefractis, ac colicis: [illegible]
tum accelerat, menses elicit, extrahitq tusa, et impos[ita]
aculeos, qui sunt infixi: ac uentrem emollit; et fortass[e]
nullum extat medicamentum ad has res omnes perag[en]-
das prestantius; uiuit in calidis, ac pascitur carnē, fru[cti]-
bus, panē, oleribus, frumentaceis, alijsq generibus, ue[lut]
nos experimento cognouimus alentes illud domi, ac in [ca]-
ueis habentes:

Dē Tzopilotl siue aura: Cap XIX

Quam Mexicani Tzopilotl uocant, auram alij uocar[e]
consueuerunt; Auis est magna, tota nigra, Aquilā m[edio]-
cris, aut corui cuius uidetur species magnitudinē: ungues
unci, atriq: crura fusca: rostrum psitaci, eodem fuscum m[...]
frons deplumis phcahli cutē obtecta, nec dissimili quauh[...]
cotli, aut cozquauhtli quem pili rari nigri illis [...]
cotli, aut cozquaquauhtli quem pili rari nigri illis [...]
pum capitibus innasci soliti persimiles circumstant: [...]
cinijs tantum carnibus uictitat, stercoreq humano: non [...]
tis constat ubi ea auis nidificet, aut educet filios, cum s[...]
uersa propē noua hispania frequentissima: sublimipeta
grauem ingratumq odorem spirat cornorum odori persim[ilem]
gregatim considet arboribus, et cadaueribus permulta [...]
tur insimul: Audio pennas eius ustas, et in cineres red[ac]-
pilos renasci prohibere, non minus ac stercus formicaru[m]

Sanguis

sanguis uespertilionum, et semiambusta cutis, uulneribus me
deri admotas si pariter edatur caro, quae etiam gallico morbo
opitulari solet: cor soli siccatum impense esse odorum; ster
cus uero dragma' unius mensura bibitum Melancolicis con
ferre

Dc yzquiepatl, seu uulpecula quae
Maizium torrefactum ~~emulatur~~ colore' cap: XX.

Aechmis artibusq uulpeculae nostrati est similis, ~~at yzquiep~~ yzqui
epatl, atq adeo illi congener; duos pene dodrantes longa: hu
milis q, tenui rostro, paruis auriculis, piloso et nigro corpore, ac
praecipue iuxta caudam, quae longa est, et nigro, candidoq pilo =
uelut et dorsum uniuersum uestita, breuibus cruribus nigrisq
et uncis unguibus: uiuit in antris inter saxa ubi prolem edu
cat: uescitur scarabeis, atq uermiculis: cohortales iugulat
solaq earum deuorat capita: fundit cum uentris crepitu
halitum faetidissimum: pedit autem cum quis eam insecta
tur, his ibi muniens armis: quia ipsa tota teterrimum exa
lat odorem: et urina stercusq est foetidissimum, atq adeo
pestilens, ut nihil sit reperire in nostro orbe ciu in hac re possit
comparari: quo fit ut in extremo constituta periculo red
dita urina, aut fecibus deiectis ad octo plurimum passuum
interuallum (tanta uis est huius excrementi) sese ab omni
uindicet iniuria; ac uestes inficiat indelebilibus luteisue
maculis, et numquam satis perspiranti putore: alias innoxi
um animal, eduliq, et hac sola ratione horrendissimum

editur

editur eius caro, stercusq. saluberrimo euentu ab his qui his-
panica lue, aut indica potius (unde citra dubium in alias
nationes irrepsit) sunt affecti; et contra articulorum dolo-
res: fit ex ea oleum uulpinum non minus efficax eo quod
ex nostrati uulpe parari consueuit apud Hispanos: sunt et
alia duo huius uulpeculae genera eadem pene forma, et
natura. quorum alterum yzquiepatl uocatum fascijs mu[...]
tis candentibus distinguitur: alterum uero Conepatl seu
uulpecula puerilis unica tantum utrinque ducta, perque cau-
dam ipsam eodem modo delata:

Hic reponendum est caput de melleis tamen ommissum: fol. 190.

Sectio Secunda libri quarti Materiae
Medicae nouae hispaniae, Mineralia usui
medico opportuna continens

De Apozonalli Cap. i.

Ita uocant succinum nostrum cuius duas indicant spe-
cies: Alteram quae in flauum colorem magis inclinat
uocatam Iletic seu flammeum Apozonalli; Alteram
uero dilutiorem, quam quetzal Apozonalli seu plum[...]
succinum uocare solent: Ad huius genera uidetur perti-
nere xochipalizli uocatus lapillus luteus, et obscur[...]
quamquam ad succinum potius quem uocant coagulatum,
aut calcidoniam gemmam pertinere quispiam putare
possit, easdem cum succino uires habere censetur:

De chapopotli cap 2

Minerale quoddam est chapopotli ex atro fulvescens, ab
antiquis bitumen Judaicum nuncupatum; purpureo si
quidem colore splendet, ac trifolij asphaltitidis rutaeve gra
vem quendam odorem spirat; et eisdem facultatibus pollet
septentrionali scaturit oceano, et liquidum fluens statim in
huius novae hispaniae litora discurrit; in laminas cogitur bi
na passuum miliaria quandoq; longas, crassas vero duas,
tresve (ubi sors tulit) spithamas: vili tanta est eius in
his regionibus copia venditur pretio: utuntur eo mulieres
mexicanae commanso, ac passim non sine voluptate qua
dam ore retento ad extergendos, et nitori antiquo restituen
dos dentes.

De chimaltozatl seu lapidi speculari cap 3

Species est chimaltozatl lapidis diaphani, et candescen
tis, qui in laminas tenuissimas, numerosasq; philuras fa
cili opera dirimitur, unde nomen, Est enim chimaltozatl
minerale candicans, et in laminas secabile quod antiqui no
minavere speculare: combustum speciem gypsi prestat pigmentiq;
candido tingentis colore: est et alius lapis huic non dissimilis
a Mexicanis Mezcuitlatl seu stercus lunae vocatus, qui in pre
tenues quoq; secari consuevit laminulas ex aureo colore
purpurascentes; quae quantumvis in igne commorentur neq;
exuruntur, neq; (quod dictu mirabilius est) incalescunt,
verum de hoc fortasse alibi latius.

De coztictecpatl cap 4

Ita vocant quas nostri cornerinas appellare solent seu
lapides luteos, aiuntq cordis affectionibus sanandis magn
pere inservire: quam facultatem et ceteras omnes alio
rum lapidum aiunt Mexicanos ab Hispanis accepisse; cum
ante adventum eorum solum essent ei ornamenti et lusus
gratia haud aliter ac aurum, aut argentum (siquod eo
tempore erutum erat) coclea, et penna:

De Eztecpatli Cap VI

Ostendunt et aliam gemmam rubram, et obscuram sed vi
ridi colore maculatam, eamq vocant Eztecpatli, affirman
tes sanguinis obsistere fluxui, quem ego inter Jaspid
collocarem genera: et si calcedonia quadantenus videatu
similis: illa vero quam Eztetl vocant et eiusdem usus
esse asserunt viridior est et minus rubra, de qua inse qu
ti capite dicemus, hec vero magis rubra est ac minus vir
dis

De Eztetl seu lapide sanguinis cap VI.

Virentis Jaspidis videtur species sanguineis tamen gu
tis respersus, lapis ille Eztetl a mexicanis nuncupatus: e
aiuntq alligatum metacarpo dyssenteriam compescere a
atq sanguinis fluxiones: sunt qui alligent collo, et pulver
eius naribus inspergant fluente inde sanguine aut cuim
alteri, cui effluxus contingerit: ~~Est et alia Jaspidis vi~~
~~ridis species huic plagae frequens et vulgaris sed albis i~~
~~nereisve distincta punctis quam ythibayoteam quetza~~
~~liztli vocant seu obscuram smeragdum (ad genus~~
~~siquidem~~

De ythibayotea

De ytlibayotea quetzaliztli id est obscura smeragdo, ac Nephritico nuncupato lapide Cap: VII

Est alia Jaspidis uirentis species huic plagae frequens, et uulgaris sed albis cinereisue distincta punctis quam ytlibayoteam quetzaliztli uocant, seu obscuram smeragdum (ad genus siquidem smeragdorum ipsi referunt) aiunt brachio appensam aut dolenti reni ~~aut~~ admotam nephriticis mederi doloribus, renumque lapides frangere urinamque educare cunctaque excrementa urinam remorantia expellere, hac tamen lege ut dolore infestanti dolenti loco admoueatur, quo sublato metacarpo appendatur e directo renis affecti, sic enim lapidem conflari ~~non~~ prohibet, ac urinae uias emundando, crassum tenax compactumque flegmate dissoluit, ac disgregat, atque nullo negotio per urinas expellit. Hic uarijs effigiatus formis reperitur nempe piscium forma, auium capitibus, similes psittacorum rostris ac plerique rotundi ~~uel~~ obseruantur spherularum ~~spherularum~~ instar perforatique: indi namque hos appensos gestare consueuerant. praefertur uiridior magisque splendidus lacteisque punctis conspersus:

De Iyilayotic coli filiorumque dolores sedanti cap 8

Et si non admodum dissimilis a praedicta specie reperitur alia species uirentis Jaspidis uocata ab Indigenis Iyilayotic differt tamen pondere, colore, maculis, figuris ac uiribus Hic namque lapis grauior est, obscurioreque uiridi colore praeditus: maculis (et non punctis uelut prior) cinereis conspersus: ua rijs etiam effigiatur figuris, nempe humana effigie idolique nec non longa, et rotunda columnarum modo, tum etiam

plana

Plana, rotunda, et quadrata, interdum rotunda sphærularum
instar, qui saliua conspersus humana ac aliquantisper man
bus confricatus umbilico dolentium loco appositus coli, Ilio
dolores flatibus expulsis per superna, atq. inferna curat: eun
etiam metacarpo alligatus, ac gestatus hosce affectus fier
prohibet; sunt et alij lapides subalbidi quos ytecpayoqu
zalizotli uocant ad pallidorum smeragdorum differentias referen
colicis quoq. et iliacis utiles, alius quin etiam circumfertur
pis predictis meo uideri congener sed uirore longe dilutiori aut c
nereo, ac paucis uiridibus distinctus maculis ad Jaspides uirid
pertinens, aut smeragdas uiliores quem xoxouhqui tecpat
seu uiridem Capillum uocant: huius non dum insignis aliqu
dignoscitur facultas, his etiam uenit annumerandus lapis
uirens, et ad predictorum pertinens differentias sed maculis
obscurioribus respersus quem uocant Cuicuiltic tecpatl
seu depictum lapidem, quamq. in quibusdam partibus magis
trans lucidus cuius nihil narrant insigne.

De lapide philippicarum. cap 9.

Mittunt iam ad nos Philippicæ insulæ mira artificum op
ra, et spectanda alia quæ sponte sua profert natura: de
quibus pro dignitate dicere aliud opus: uerum preter cete
ras omnium generum gemmas ostendit nobis inter alias
nauclerus quandam casu ut opinor repertam cristallina
forma candida et translucida, sed in cuius medio agnus cy
nei coloris crucem gestans humeris mirando naturæ opificio
nisi hisce euentis presagire iam fas est celestis euangeli
preconium penetraturum in eas oras ac fortassis eius res

occasioni

occasione eam adeò immensam orbis plagam subijciendam imperio philippi secundi regis inuictissimi cuius iussu hec scribuntur

De quetzalxoquiyac seu pluma foetida cap x.

Smeragdi genus est ualde uirens quetzalxoquiyac uile tamen, et minime translucidum, cuius puluerem exstantur medeni ucensis plagis, ac precipue pudendorum: nomen inuenit, a foetido odore quem dum interpollatur spirare solet:

De Ilacuyloltecpatl seu lapide picto cap xi

Candido lapillo similis est Ilacuyloltecpatl, sed purpureis maculis, coccineis, ac uirentibus, translucidus, quem referunt augere lac uberibus appositum gestatumq; ac sui generis esse autumo

De Ilapaltehuilatl cap xii

Ita uocant Amethystum nostram ac conferre aiunt renum, et urinae ardoribus si renibus alligetur:

De Iolteoayztli cap 13

Iolteoayztli seu lapis nouacularis uarius, species habetur yztli de quo sequenti capite, uariata nigro ac minij colore, cuius puluerem admixtum chrystallo ferunt argemo ta discutere, acuere uisum. et carnem eisdem super crescentem absumere

De ytztli ~~[illegible]~~ lapide cap 14

Cultra quibus indi utuntur, nouaculae, enses, pugiones,

quamplurimaq alia huiuscemodi ad scindendum apta instrum
ta, quibus quondam nondum ferri usu reperto uti mos era
e lapide patria lingua yztli uocato solebant parari; trip
ci hi colore distinguuntur, cyaneo scilicet, candenti, ac nigr
et si translucidi omnes: fiunt ex eis apud hispanos auro or
natis atq argento ara maximo in pretio habita, referen
tes (adeo sunt tersi ac lucidi si semel expoliantur inter
pollentq) rerum oppositarum formas mira perspicui
tate. effossis ergo gemmis quarum multas apud mexicanos
reperies secantur in frusta mediocria, et suapte sponte
angulosa, confricanturq alijs asperioribus lapillis, ut mox em
nenti ligni cuiusdam nato pixidi uocati arcabuzij haud
simili lapide utriusq pedis digitis maiusculis (in cernatis in
tera cruribus comprehenso artifices quadam industria ac
impulsu mirabili laminas crassiusculas excutiant, utrinq
quadam eminentiori planitie binis dorsis ancipitiq insignes
acie, ac spithamas plus minusue longas, gladijs nostris
paulo crassiores, et paulo ampliores lato digito, adeoq pene
trabilis aciej ut nihil acutius excogitari possit, sed fra
giles et qua uel facile hebescant, debiliantq ictu ac mi
nutim conterantur. ex his culteris ligno quatuor lato dig
tos uulgarisq ensis longitudini affixis: et gummi illoge
nere quod indigena tzinacancuitlatl uocant ferrumina
tis efformant enses, adeo immanes, et atroces ut uel uno ictu
homo

homo integer in duas partes secari contingat, modo primus ille sit, reliqui enim cassi poene sunt atq inanes ea est huius teli acies, atq fragilitas quo tempore pre fractos gladiolos de trahentes atq acuentes rursus addunt. prefiguntq sagittis, quibus excussis arcuum flexu, ac ui transfigant hostes eminus pugnantes adeoq examinent; neq enim est harum in bello indis minor usus, quam entium nostratibus, aut in iaculandis inferior dexteritas: huius lapidis puluis admixtus chrystallo eodem modo in leuorem redacto mire extergit oculos, et leucomata argemataq dissipat, exacuitq uisum quae ut promptius a lectore perciperentur concinnam huic dictatis astruximus imaginem:

De yehcatetl seu lapide gosippij cap 15

Terra est genus candentis yehcatetl quod febrientibus mirabili successu solet deuorandum propinari ex aqua, aut liquore alio frigido: generatur hec in saxorum cauitatibus xonotlae, iuxtaq flumen ab excelso loco datum in ~~[illegible]~~ precepts, sunt huius complura certissimaq testimonia: nec est difficilis deuoratu, aut si non profuit, nocuit umquam assumenti.

De yztacxalli cap 16.

Arene genus est yztacxalli hueitlalpae proueniens ubi aqua ex edito quodam precipitatur loco, quod febrientibus egregiam

egregiam ac prope diuinam fert opem si dragma unius men
sura aliquoties deuoretur: est autem yztacxalli arena cande

De yztehuilotl et lapide chrystallino Cap 17

Est autem apud nos lapis quidam dilatus amistica superior
quem yztehuilotl uocant ad yztli differentias citra dub
bium referendus, nigerrimo, ac nitenti colore, nec alia ratio
ne (quod ad huc compererim) comendabilis: nec non alius chry
stallo simillimus cuius nomen ad huc non accepi facultate
(si uera narrant) mirabili preditus ut qui demones fugee
serpentes et quiduis uenenatum arceat, et principum gra
tiam gestanti solet conciliare:

De Hoitzitziltetl cap: 18:

Lapillos hos aut simaui gemmas quas Hoitzitziltetl
indi uocant, alij uero cluri oculum, helitropias nostrates
esse autumo. harum magnam copiam reperies apud Toto
tepecenses sed paruulae sunt: et quarum non admodum
utilis poterit esse prouentus: quarum uires tamquam ad
magicas superstitiones potius quam ad medicos usus
spectantes omictimus:

De Tapacpatli seu epatis medicina cap 19

Minerale quodam est Tapacpatli atricoloris inter duo saxa
Tapoyolani prouemens oppidi hocitlalpa nec alibi scaturit:
ergo quo diximus loco, cogimus iuxta fauces unde colligi

solet

solet ab indis ac devorandum preberi duarum dragmarum
mensura tritum ac resolutum ex aqua tussim antiquam, atq.
difficilem passis bis terue aut quoties amplius expedierit:
informis uero quedam res est ac epati contuso persimilis:

De Tecoçahuitl cap: 20

Eruitur ochra terreus pallentis quodam genus Tecoçahuitl
uocatum quo pictores luteum colorem imitantur; cuti hec
frigori ~~[illegible]~~ dehiscenti opitulari consueuit: sunt ex hisce
mulieribus qua faciem ex illo fucent, uiri autem corpus
uniuersum eodem inficere consuescebant cum olim essent
in hostes impetum facturi, aut adituri bellum ita enim illis
fore terrori habebant persuasum

De Thicatlalli seu terra alba cap: 21

Effodiaur etiam e uena lacustri Thicatlalli seu terra alba
lutiq. in modum subigitur, ac conformatur in globulos, igniq. ad
mota sensim candentem contrahit colorem; estq. cerusa no
strati adeo similis, ut mineralem cerusam eam appellare me
rito possis, nam tametsi illa ex plumbo aceto desuper per
dente parari solet, hac tamen quibusdam huius noua hispa
nia locis sponte quoq. candidissima prouenit; frigida est et
exiccanti ac citra morsum extergenti natura, et qua puero
rum intertrigini nonminus quam illa inspersa medentur, quid:
quod ulceribus pudendorum mirum in modum confert, et quibus uis
rebus candido tingendis colore ex usu est, tantamq. prefert leni
tatem, ut Mexicana mulieres inspersis eo digitis cum concilient
leuorem qui gosyppo facilius nendo sit aptissimus:

De Ilancxillo Cap: 22

